2099

CAMPS
IN
PANDE

26/15

2-F-9

BIBLIOTECA
DEL
Rey N. Señor.

VII Y 3

2645



S. Bart. 94

II-F-9.

N°. 94.

N. 94

2

Narcissi Camps Iuriscons. Gerundensis Rationalia in quatuor priores titulos libri Vigessimi Pandectarum.

Ad Ill.mum Dominum Don Christophorum Crespi de Valdaura Potentissimi Philippi IV Hyspaniarum Regis in supremo Regnorum Coronæ Aragoniæ consilio Vicecancellarium meritissimum.

Continuatio utilis ac admodum necessarij operis per subtilissimum Virum Antonium Fabrum I.C. Sebusianum incepti; à nemine vero hactenus prosequuti, in qua idem ordo (quo dictus subtilissimus Vir utebatur) tam circa veras ac genuinas dub. et decid. rationes ad singulos pene versiculos adhibendas; quam ea quæ obscura extrinsecus occurrunt explicanda dilucide, ac breviter quantum fieri potest, observati.

Cum indice rerum et verborum completissimo-

Illustrissimo ac pariter præstantissimo Domino
Don Christophoro Cresi de Valdaura
perexcelsæ ac regiæ Cresinæ familiæ
Maximo Heroi Militiæ Montesiæ re-
ligionis Generali Assessori et Clauigero, et
Sacri, Supremi, Regij, Aragonum concilij
Vicecancellario Summo.

Marcus Camps Genuensis S. P. D.

Cum viderem (Atque domine) nobilissimum virum Antonium Fabrum Veterij Iurisprudentij nostrj doctissimum instauratorem præmaturo fatali hominum termino præoccupatum, vtile aperadmodum necessarium Rationalium opus imperfectum reliquisse intrinseca tristitia mastus esse cœpi; quod defecerit Iurisprudentiæ Atlas, qui eam obtentam quantitatem ac magnitudinem nostrum librorum, sed etiam voluminum non tam laborantem, quam mentem, doctissimis suis commentarijs sustentabat, et ei opem et suppetias ferebat, et doctissimis et nobilissimis rationalibus ipsam à densissimis errorum tenebris, quibus est inuoluta ac deprauata in lucidum extraxerit capesat. Nonenim in eis quærebat quid Accursius, et Bartholus, cæterj Veteres interpretes dixerunt (quod pro nostra imperitia frequenter in iudicijs euenit) sed quid dicere debuerunt. Deinde quid est obsecro Labeonij, Trebatij, Neratij, Pomponij, Scæuolæ, Pauli, et Papiniani cæterorumq; Veterum Iurisconsultorum responsa suis rationalibus confirminq? quid tam obscurum et obtusum in tribus pandectarum partibus, quod ille non viderit? quid in ambiguis et inter se primæ facie pugnantibus Iurisconsultorum responsis, tam difficile quod ille non conciliauerit et conciliationes doctissimæ Nicolaj Iurisfundamentis stabilierit? In summa quid potuit iurisprudentia nostra sibi desiderare propinquij? quid legum authinemmq; in suis solutionibus nobilius? quid nostra ætas incepiendis Veterum Iurisconsultorum responsis clarius? Certe certe hi vsque ad hæc tempora pernicissent, nisi dubio nunc Iurisprudentia nostra à densissimis intricatorum errorum nubibus rationalium subsidio omnino liberata perfectissime niteret, et in syro (quod plerunque proh dolor euenit) Veterum pragmaticorum relicta sententia, incipiens pro iuris ratione videretur. Cæ Sanctissimi perfectissimiq; et Orientis Iurisprincipijs munitis libris omnibus qui reipublicam christianam miserè lacerant obstrictum magnis patrimonijs et familiarum enormibus quæstionum obstrictum claudent. Cum igitur mirum reipublicæ quietæ tranquillitatis in istorum rationalium productione consistat. Tamen ab eruditione, doctrina et nobilitate dicti nobilissimi viri prorsus dinaturi, amare tamen nobilitatis publicæ

consulendi compulsus Votum Voui rationalia cita ad optatum finem perducere, aut saltem quantam istam partem perficere; aliud etenim munus sibi illi, qui cuius-prudentiam sectanti, incunctum non haberet, quam reipublicæ consulendo, egregij per-picia studia regulanda exhibere, cuius prospicit nunc primitias Voui rationalia in quatuor priores titulos lib. 20. pandectarum in lucem edendo in quibus depigere per-fecte databi. cui si ex integro non satisfecerim, nec animi, nec mentis regulam putari æquum erit. nam Ouidius de Ponto vere ait [a]

a. lib. 4. eleg. 8.

Vt cum nil optes, animi tum facta amici
debeat, et mentem velle meam voco.

et idem Ouidius [b]

b. epis. li. 2.

Scribitur et quamvis mea lux alterna requiem
carmina, cum Licij sint magis apta modis,
flendus amor meus est; elegi quoque flebile carmen.

Cæterum cum in mentem mihi venisset, stabilitum scribentium morem esse ad instar Vrbium conditarum, qui Deos ipsis Vrbibus assignare consuebant, illosque particulari cultu prosequebantur, quasi tutelam illis loci habituros, quos Deos patrios Georg. Virgil. nominat.

Dij patrij indigetes, et Romule, Vestaque mater
quæ Tuscum Tiberim, et Romana palatia servas.

Particulares ac intrigues Heroes eligere quorum tutela eorum studia promovita tuto in omnium conspectum prodire possint. Deo quapropter mihi crebrosq animo meditanti, cui nuncupatam hanc ingenij mei lucubratiunculam dedicarem, nullius tandem inscriptione illustrari magis et commendari visa est, quam si Illmo nomini tuo (Illme Præ) consecrarem; nam si aliorum virtutes cum tuis virtutibus comparare, neminem sane reperiam, quem cum tua excellentia et natura et virtute Regni satis pares conferre. qui enim te prudentia? qui moderatio? qui iustitia? qui denique literatura præstantior? Neque quidem est excimia in Deum tuam religio, et Venerabilis Dulia in Sanctos; nitet ardentissima in amicos benevolentia, præstantissima in omnes fides; nitet vitæ integritas, pudor, castitas, modestia, liberalitas, et-reliqua alij nitet veluti Virtutes. Vt nil prorsus tibi ad Deum, nil ad gloriam desit. Ita Regis, ita excellis, ita mentales religiosa antevadis, vt quidquid agis continuo omni ex parte perfecte agas. et quid tandem? te Francorum Regum decus ortus et amantissima ac felicissima Crequiorum familia, per tot illustres senatoria et titulari que dignitate à primis Vrbis Romanæ conditoribus in digna Veiis, et in Gallicanum tandem transfusos et heroicos Reges duxit. te per eminens et exultum Progenij, tot regnorum, amnemque, et tanti

consilij sublimat munus: tu nostrum chatadonicum sydus; tu gloria nostra perennis; omnia tu nostrę sura salutis habes. accipe igitur accipe inquam (Illme Dne) hoc quantulumcunq munusculum; quoddam mei in tuam Illam amoris intimi monimentum; quod tanti certe est, quanti tua fecerit prestantia, utque cum Ovidio loquar

de pont. ℣. elleg. 4.

Est opus exiguum, vestrisq paratibus impar,
qtale tamen cunque est, ut tueare rogo,
firma valent per se nullamq machinam ona quęrunt,
ad medicam dubius confugit ęger opem.
Viribus infirmi vestro candore valemus
quem mihi si demas, omnia rapta putem.
Cunctaq cum mea sint propenso nixa furore,
precipuum venię vis habet iste liber.
non ego defectus, dubiisq authoribus usus,
ad vestri venio iure favoris opem.

Cum hoc simul quicquid est munusculi, omnia quę sunt in manu mea, operam, studium, diligentiam, industriam, fidem synceram, corpus ac denique ipsum animum, tuę libens Illme offero, atque ultro pollicior, quod unum habeo, me unum tibi do, totum do ac dedo. siquid aliud mihi aut maius, aut illustrius extitisset, id tuę illme, quam libentissime et multo alacrius obtulissem. sed ut Artaxerxes prestantissimus Persarum Rex, dicere solitus traditur, non regale minus, atque humanum est in ipso Imperatore ac Rege accipere parva munuscula, quam ingentia munera elargiri; non sum nescius ea te esse animi generositate, ut longe maiora solitus sis referre, quam acceperis. nam

qui sua dat largo, non dat sed fęnerat illud,
semina pauca iacet, commoda multa metit.

Nolim autem argenti mihi; nolim auri quicquam referas; sed maius quoddam medius fidius, multoque preclarius. Etenim ea sunt pulcherrima dona, quę maxime delectant accipientem. Pro mea itaque erga te fide, id a me posciti, ut ęquo animo feras; te ipsum amem, te colam, te unice admirer. Vale Illme Domine, et me, meosq (nullis licet meritis obsequijs) tua quam commendatissimos habeat queso Illma. Ex fidelissima Gerundia 25. Julij 1655

Ad Lectorem

Prevideo (benovole Lector) non defuturos qui in me insurgant, meumque conatum accusent, satius esse voi tantos culpa vacare, quam deprecari: graviter, ac molesti ferant, me nondum senem, sed in ipsa iuvenili ætate ausum esse Interpretis officium sumere, quem potius iure optimo decerent ex aliorum scriptis, vel mediocrem eruditionem acquirere: sed ea excusatione me fuear, quod ars sit longa vita autem brevis; munus etenim (Reipublicæ Litterariæ suffragandi amore) perficiendi inceptum ab Antonio Fabro Rationalium opus (tametsi meis viribus impar) humeris meis suppositi: quod quam longum sit nemo ignorat, cum singulis legibus quænam dubitandi, et quænam decidendi rationes dilucide quantum fieri potest sint adducendæ ac adnotandæ, et aptior suus cuique interpretationi locus esse possit. mirum itaque non est, si ad instar illorum, qui longam peregrinationem susceperunt valde mane iter suum accipere solent, et antecaquam solis occassus veniat curriculum susceptum finitum habeant prematurè hoc Rationalium profundissimum ac vastissimum Oceanum ingredior, et antequam meus dies fatalis accedat (tristis meus occasus) si non adimpletum, aut minus semiperfectum hoc opus habere possim. quæ si contenti adhuc non silent eos ad Montialem in Lælium sic invehentem mittam[a]

Cum tua non edas, carpis mea carmina, Læli,
carpere vel noli nostra, vel ede tua

Lege igitur (amantissime Lector) laborum meorum primitivos fructus in medio armorum conflictu ac strepitu perfectos, quos nunc exploratorum instar in mundi Theatrum mitto, et quales quales sint, bone consule, ac perpetuo vale

[a] Lib. 1. Epig. 59 alias 74 ad Lælium

Rationalia in quatuor Priores Titulos Libri 20. Pandectarum

De Pignoribus, & hypothecis Titul. 51.

Papin. Lib. 2. Responsor.

Conventio generalis in pignore dando bonorum, vel postea quæsitorum, recepta est. In speciem autem rei alienæ collata conventione, si non fuerat ei, qui pignus dabat debita: postea debitori dominio quæsito, difficilius crediteri, qui non ignoravit alienum, utilis actio dabitur: sed facilius erit creditori possidenti retentio.

Ad. L. conventio. 1.

Ulpianus de iure acturus sic in L. 1. Sup. de iustit. et iur. exordit. iuri operam daturum prius nosce oportet, unde iuris nomen descendat, documentum quippe nobis tradens in cuius rei de qua agitur materia, eius in primis nominis cognoscendam originem: ob quod doctissimi viri vestigia sequutus, unde pignoris nomen descendat quotque eius sint species discutere ante omnia per necessarium duxi. Pignus dictum est a pugno, quia res quæ pignori dantur manu traduntur L. Plebs est. 158. §. pignus. de verb. sig. Eius apellatio in propiam, et in Inpropiam scinditur. Propia illa dicitur quæ traditionem exegit, et ad res mobiles tantum refertur quæ pugno teneri

possunt

possunt l. si rem. g. § propie. sup de pignorat. act. Impropria vero
que ad res immobiles dumtaxat expectat d. l. si rem. g. § Propie. §
Item Seruiana Inst. de act. Pursus Impropria duas sub se continet spe
cies, vnam scilicet que traditionem quidem requirit: vt enim immobi
les, eque ac mobiles tradi possunt licet non pugno: sic passim in res
pignori tradatur de fundo, et prædio prænoti dato vt in h. n. l. § item
prædium. l. si fundus. 16. et pass. h. t. Alteram que nec traditionem
desiderat, sed nudo ac simplici consensu contentatur, quam proprie appel
lant TACITAM HYPOTHECAM, quasi suppositionem, et oppositionem, vt quid
quid obligationi subijcitur, et tanquam obnoxium redditur TACITA
HYPOTHECA dicatur: quod nomen latini suum quoque tucere, eoque ram
vt Romano vtentur. d. §. Item Seruiana: de quibus omnibus prænotis mem
bris per totum presentem titulum agitur, et de primo et vltimo in h. n. l.
: difficultatur enim in primis, an generalis conventio pignoris, de om
nibus scilicet bonis, tam presentibus, quam futuris obligandis, recipi et hu
nori valeat. Ratio Dub. generalia verba verum generalitatem impro
quibus adjiciuntur semper inducunt, sunt enim generaliter intelligenda
l. Julianus respondit 68. alias l. stipulationem in princip. de leg. 3.: at quis
nus nullo modo obligari potest: pignoris enim obligatio ipsam rem
afficit que obligata est, et tribuit creditori ius non solum ad rem, sed in
l. pignoris. 17. h. t.: at genus affici non potest, vt neque tradi, neque tangi
cum sit quid incorporale l. 1. § 1. sup. de rer. div. Inst. de reb. corpor. et in
corp., inutilis igitur talis generica, ac generalis bonorum obligatio, et
multo magis futurorum. Is enim qui conventionis tempore alicuius re
dominij non est oppignorandi capacitatem non habet l. si rem. g. l. alie
na. 20. sup. de pignorat. act. l. aute omnia. §. de probat.: Iniqua enim condi
alteri per alterum initiari iuris naturale non patitur l. non debet. ff. de reg. iu
ris., quod alioquin ob pignoris naturam (quam ob strictam affici, eam
que sequitur d. l. pignoris. 17.) ei venire. at quum in prospectu futura bona
conventionis tempore in debitoris dominio esse nequeunt, alias enim
non futura, sed bona presentia appellarentur ac esse cesserunt. non
est igitur sustinenda bonorum futurorum obligatio

Deinde. Pignus constitui potest non solum pure, verum etiam et sub
conditione. l. Res hypothecæ. 5. cum filiusfamilias. h. t.: atqui quotidie bona

futura

futura per debitorem oppignorantur sub ista necessaria condi
tione: si quandoquenque fiant debitoris (cum nisi fiant debitoris num
quam sint futura) pignori facite dantur), quae licet etiam ex
ipsius contractus natura non veniret ob terminorum habilita
tem esset supponenda ex l. adigere 16. § quamvis. de iur. patro.
; valida igitur erit conventio de bonis futuris obligandis, et mul
to magis de bonis praesentibus, cum unusquisque rei suae sit modera
tor, et arbiter, ut possit facere quidquid velit l. in traditionibus
sup. de pactis l. in re mandata ed mandat., et generalitas in su
as singularitates resolvatur l. falsa. 33. § ultim. ff. de condic. et
demonstrat. Nec ob tertius qui tempore contractus bonorum futuro
rum dominus esset incommodo affici videri potest, cum in iis bo
nis vinculum pignus non prius incepit, quam eorum dominium
acquisitum esset debitori l. ult. ff. qui potior. in pignor. hab. l. si
quae mihi 28. ff. de iur. fisc. Quod cum omnimodo ut supra diximus
futurum sit non tam revera sub conditione dicitur suspen
sum, quam mora l. nec emptor. 8. sup. de contrah. empt. l. In
terdum. 73. ff. de verb. oblig. l. haeres meus. 79. ff. de condit. et demons
trat. Et licet conventio specialis pignoris talem interpretationem
passivam, habentem scilicet tractum temporis in futurum
non recipiat, cam tamen recepit generalis l. Et quae nondum. 15. § quod
dicitur. ff. h. t., ob publicam scilicet authoritatem, cuius favore in
causa pignoris multa contra iuris regulas introducta sunt l. qui
autem. 14. § 1. sup. de peccun. constit. Ita enim fit, ut etiam illi qui
minus locupletes existimantur bona futura obligando, (pro ut pas
sim fieri solet d. l. ult. qui potior. in pign. hab.) facilius inveni
ant creditorem, si modo pro diligentibus patribus familias habeantur
quos sperari possit aliquid postea acquisituros, ut bene de civibus
suis legislator civilis sperare solet l. in bello. 12. ff. de captiv. et post
hlim. revers. l. de haereditate. 19. § filius fam. in fin. de castr. peccul.
Observandum tamen venit quod tametsi pandectarum iure; qui
omnia sua obligat praesentia et non futura obligasse intelli
gatur, qui enim bona sua dicit non nisi praesentia significat l. si

si ita. 7. f. de auer. et arg. leg. iure autem novo, per Justinianeam scilicet constitut. debitor bona sua oppignorans, etiam non adiectis verbis illis quae adyci solent (tam praesentia, quam futura) bona etiam futura obligasse intelligitur l. ultim. C. quae res pign.. Quid ergo de iuribus et actionibus dicendum est? numquid sub ista generali hypotheca comprehenduntur? difficultatem quod iura et actiones tertiam bonorum speciem ab alijs distinctam ac separatam constituant l. a. divo pio. § in venditione f. de re iudic. l. quam Tuberonis § ult. sup. de pecul. sicque spandeotarum attento iure negative respondendum videtur, ubi enim eadem est ratio ibi idem ius statuendum venit l. illud ad leg. aquill. l. si postulaverit. § 1. ad leg. Iul. de adult. Quibus tamen non obstantibus contrarium est verius; licet enim iura et actiones tertiam bonorum speciem diversam ac separatam ab specie mobilium, et immobilium constituant comprehenduntur tamen sub appellatione bonorum simpliciter, sine illa scilicet adiectione (mobilium, et immobilium) l. bonorum § ult. de verb. signif. l. 1. C. de usufruct. l. Principis bona de verb. sig. l. 1. § ultim. f. si quid in fraud. patron. l. si legatus § si quis bona f. ad. S. C. Trebell. et sic rite sub dicta hypotheca l. nomen. C. quae res pignor. oblig. poss.

a. In speciem. quod emptionem et venditionem recepit etiam pignorationem recipere potest ut porrumpit Gaius in l. sed et quod. 9. § 1. f. h. t. atqui res aliena recte distrahitur l. res aliena. 28. sup. de contrah. empt. l. 1. et tot. C. si res aliena in pign. dat. sit ergo et poterit pignoris vinculo subijci. quanto magis si sub generali hypotheca comprehenditur bona enim futura conventionis tempore (ut diximus) certum est aliena esse, et specialia semper generalibus insunt l. semper specialia. 147. de reg. iur. quidni specialiter et nominatim oppignorari non poterit?

Decid. Naturali ratione constitutum est, ut id quod nostrum est invitis nobis auferri non liceat l. id quod nostrum. de reg. iur. atqui si pignus alienae valeret ista naturalis aequitas laederetur: pignus enim cum rem obligatam afficiat l. Pignoris. 17 h. t. pignoris

vendi

vendicationem tendentem contra quoscunque rei pignoratæ possessores creditori parit l. si fundus 16. §. in vendicatione l. si inter 21. §. si res. 3. h. T.: non immerito igitur Papinianus noster hic attestatur inutilem esse pignoris rei alienæ constitutionem. Si autem tempore contractus domini consensus in ea obligandæ intervenerit efficax erit obligatio l. aliena 20. sup. de pignorat. act. Idemque quæ erit si ex post facta obligationem dominus ratam habuerit d. l. si fundus 16. § si nesciente. j. h. T.; vel si obligata fuerit sub conditione si debitoris facta fuerit d. l. si fundus. § aliena res. Et tametsi rei alienæ venditio valida sit non inde infertur quod et valida esse debeat eius oppignoratio; Id enim quod in d. l. sed et quod. §. §. 1. scriptum est procedit negative, ut scilicet ea quæ venditionem non recipiunt; ea nec oppignorationem recipiant, non autem affirmative, videlicet ut omnia quæ vendi possunt oppignorari etiam eo ipso valeant l. si convenerit. 18. § ut sup. de pignorat. act.: ut latius in d. l. sed et quod. 9. § deo dante dicimus; aut potius hoc ita intelligendum est si cætera sunt paria, id est si nulla sit ratio diversitatis, propter quam facilius debeat permitti venditio, quam oppignoratio, quæ in præsenti manifeste viget: venditio enim rem non obligat, sed vendentem, ut perinde obligetur ex empto cum vendit rem alienam; ac si venderet et suam; sic verus dominus ob eam nullo incommodo afficitur, cum talis venditio non impediat quominus ipse rem suam ab alio venditam evincat d. l. rem alienam: et tit. tit. de evict., et cod. eodem.; quod secus est in pignore, quia cum talis obligatio non debitorem, sed rem efficiat d. l. pignoris 17. h. T., ad eam dissolvendam ac finiendam necessarium est integrum debitum creditori esse solutum d. l. si rem. 9. § omnis pecunia. sup. de pignorat. act. l. grege. 13. §. etiam. h. T., quod magnum vero domino incommodum adferret, ut ex se patet. Nec tandem quid refragatur quod sub generali bonorum hypotheca res aliena utiliter obligetur; non enim (ut supra dictum extitit) vinculum

pignoris vti iis rebus vires incipit habere, a tempore contract
onis, sed solum domini acquisitionis per debitorem dicty. quam
magis quod quedam expressa nocent, que non expressa nocent
expressa. 195. de reg. iur. Et plerunque aliud veris est, si quid tac
te continetur; aliud vero si verbis exprimatur l. si ita Legatum
63 §. 1. ff de Leg. 1.

B. Si non fuerat. Res aliena inutiliter vi pignus datur l. et dicitur ff. atq
res que nobis debitur pro ut debetur alina fuerit. Id enim quod
meum est amplius meum fieri non valet l. nemo rem suam 8
de verb. oblig. §. si ita que dissenti. Inst. de act. l. non ut pluri
us. de regul. iur. ergo. hic res aliena debitori debatur, hic non
inutiliter per eum specialiter vi pignus datur

Decid. Is ad quem alicuius rei dominium sub conditione omnino
extitura pertinet perinde habetur ac si verus dominus illius rei
esset. Cui huiusmodi conditionis est purum reddere actum in
quem adjicitur l. qui pupillo. §. qui sub conditione ff de novat. l
quod si ea. 18. sup. de condict. indeb. atqui debitori cui res aliqua
ex iusta et habili causa ad dominium transferendum est promis
sub conditione necessaria, scilicet si ei tradatur ff debetur. omnino
cum promittens in stipulatione conventum adimplere teneatur
cum huiusmodi sit obligationis natura ut inquit Iustin. in tit. de de
gat. recte igitur vi propriam dicty debitor pignoris eam supponere
potuit. Ex quibus Bart. l. dictum asserentis. sed summodo actionem re
ditori ad ipsam rem persequendam competentem. oppignorati
censeri impugnatur. Maxime quum vulgo tractari soleat, quod qui
actionem ad rem habet ipsam rem habere videatur, et fictio tan
tum operetur quando veritas l. 1. sup. de adopt. l. cum ea ratio
ne. ff de excusat l. unic. in princip. ff de ui bon. rapt. Illud reve
certum est vim realem in aliqua re habentes ut puta superfi
ciei aut quasi dominij posse dictam rem pignori dare l. verge. §
cum pignori et seq. l. si abeo. 28. h. t., cum iis illud denunciatur qui
vi ea re habent censeantur obligare, non autem ipsam ip
l. si domus. 71. §. utrum ff. de Leg. 1. l. qui tabernam. 32. sup. de contrah. emp
l. si convenerit. 18. sup. de pignorat. act. l. et ff. quibus pignor.

tatur

cultatur tn quid dicendum sit si debitor qui rem sibi obliga
tam suo creditori obligaverat antequam causa pignoris finire
tur perfectum ac integrum rei dominum adeptus fuerit. Nam
quid enim tota dicta res erit obligata? Bart. existimat inte
gram rem creditori pignoratam censeri, si ex causa iuris ab
initio obligati, dominium eius debitori fuerit acquisitum, non
autem si ex alia prorsus diversa ac separata causa. in quo
revera allucinatur, cum nullo modo obligatum censeri va
leat; non enim de integra ~~debito~~ re oppignoranda fuit ab ini
tio conventum sed dumtaxat de iure reali in ipso debitori
competenti, quae conventio in reliquo pignoris constitutionem ina
pedit l. si convenit 18. §. si quis sic caverit. 3. sup. de pignorat.
act. actus enim ultra agentium intentionem operari non va
let l. non omnis numeratio. 9. sup. de reb. credit. Nec valet
si insurgas: quod quidquid accidit accidit pignori pignus sit
d. l. si convenerit. 18. §. si nuda. 1. sup. de pignorat. act. l. Puto
16. § id quod omnis. sup. famil. ercisc. l. Item si fundus. 9. § huic
vicinus. sup. de usufr. ista enim procedunt, quoties id quod acci
dit pignori, ita accidit ut pignoris incrementum esse vide
atur sicut Paulus de dote scribit in l. si propietati. 4. ff. de iur.
dot.; secus vero si accidit ut novum ius a pignore separatum
ac distinctum reputetur l. Ego. 3. §. alluvio. ff. de acquir. rer.
domin. at ius dominij incrementum et accessorium cuiuslibet
alterius iuris realis esse non potest, imo quolibet alio iure
reali potentio esse dicitur l. in bello. 12. §. si quis servum ff.
de capt. et pothlim. rever.

C Postea debitori. Rat. Dub.[+] ut quis ad sui utilitatem contra fac
tum suum veniat l. post mortem. 25. sup. de adopt. et mul
to minus contra suam propriam affirmationem, quod semper
dolo proximum esse dicitur l. Julianus. 13. §. qui tn sup. de act.
empt. l. si quis affirmaverit. 9. sup. de dolo. Imo talis impro
bitas coercenda est ac vendicanda concessa saltim utili aliqua
non solum exceptione, sed etiam si opus fuerit actione l. si quis

dolo

[+] non est permittendum

dolo. 51. §. de re iud. at qui si creditori adversus suum debitorem pignoratum alienum rei dominio per ipsum acquisito utilis actio eo pretextu quod contractus tempore aliena esset non concederetur ipse debitor ad sui utilitatem contra propium factum ac affirmationem veniret, cum eo tempore quo dedit suam esse affirmaverit: hec enim est una ex dictæ obligationis clausulis l.is si rem 9 sup. de pignorat. act. contemplatione introducta: in pnti igitur concedenda est ~~debitori~~ creditori utilis actio; maxime cum in hoc met casu ita responsum sit a Paulo in l. Rem alienam. 41 sup. de pignorat. act.

Decid. valde interest an creditor qui rem alienam in pignus accepit fuerit in bona fide, aut in mala, idest utrum ignoraverit rem sibi pignori datam alienam esse (quæ ignorantia est impunis, et probabilis, cum sit facti alieni l. ult. §. pro suo) et putaverit esse illam debitoris sui, quæ in creditore bonam fidem constituunt (quia tametsi creditor quilibet sciat se pro alieno possidere, qua ratione ei denegatur prescriptio. l. pigneri. 13. §. de usucap., id tn ad causam dominij pertinet, non autem ad causam pignoris, in qua non nisi supradicta requiruntur l. qui balneum. 9. § ult. §. qui pot. in pign. hab.); aut non ignoravit alienam esse. P.o casu danda est creditori utilis actio ex æquitate, quia alioquin ex mendacio debitoris sui, sive dolo, sive non dolo deciperetur: ~~In 2.o vero (de quo hic) nulla actio est concedenda~~, quod per iura nostra prohibitum est d. l. si quis affirmaverit. 9. sup. de dolo cum simil. et de isto casu tractat Paulus in d. l. Rem alienam. 41. In 2.o vero (de quo hic) nulla actio est ei concedenda, in primis non directa, probare enim non valet rem sibi in pignus datam conventionis tempore in sui debitoris dominio fuisse (cum esset aliena) quæ est constitutivum actionis servianæ directæ d. l. Et quæ nondum. 15. § et quod dicitur. h. t. l. quæ prædium. 6, et l. ult. C. si res alien. pig. dat. Denique nec utilis, quia licet actiones utiles sint inductæ ut essent subsidiariæ defficientibus directis l. quoties. 21. sup. de prescrip. verb.

hoc tn

hor tñ procedit quæstio non deficit æquitas deficiente summo iure l. quia actionem. 11. sup. tit. ed. l. 2. § item varus in fin. de aq. et aqu. pluv. at in puncto essat illa æquitas quæ militabat in ꝓ.ᵒ si enim scivit tempore conventionis rem sibi in pignus datam alienam esse (pro ut a Papiniano nostro dicitur) non potest mendacium obijcere debitori, qui vtique scientem decipere non potuit, quem nec certiorare debuit l. 1. in fin. sup. de act. empt. l. tutor. 16. § 1. in fin. sup. de pignorat. act. l. nam si scit 26. sup. de rei vend.: non immerito in eius Papini. arbitrio huic creditori denegat actionem. supradictoque modo concilianda est Papiniana cum Impp. Diocl. et maxim. qui in cum res. § ꝓ. si res alien. pign. dat. sit scanierunt id quod a Paulo in d. l. Rem alienam. 41. responsum extitit. Ex dictis patet, quam valde Accur. deceptus sit dum existimat rebum (dictis ut ijs) non posse absolute, sed tum private, quasi scilicet ab his deneganda sit adversus extraneos possessores, non autem adversus debitorem ipsum, contra enim omnes dicta actione tali creditori Papiniana negat, cum deceptionis ratio in isto quæ cessat (pro ut dictum est) sed non desit.

D. Sed facilius. Pignoris retentio non venit in dubium pignoratitio contractu inutiliter celebrato, etiam si bona ad fiscum pertinent l. cum vitiose. 25. §. fin. quidquid vertit an vitiose quid fiat, aut nullo modo. § l. quæstio 6 sup. qui satisd. cog. l. 2. §. de auct. tutor., at qui inutiliter contrahitur pignus quoties res aliena maxime scienti creditori in pignus datur d. l. si rem. g. d. l. aliena. 20. sup. de pignor. act.: non ergo in puncto huic tali creditori retentio concedenda.

Decid. Retentio etiam ex nudo pacto indulgetur l. 4. ff. de usur. Tandem enim prodest naturalis obligatio ad retentionem quam ciuilis l. 3. § ult. sup. quod quisq; iuris) l. naturales. 10. §. de alim. et act. l. fideiussor. 6. § naturales. §. de fideiuss. at qui in puncto negari non possunt quin inter contrahentes de pignore constituendo sit conventum recte igitur tali creditori possidenti Papiniana nostra retentionem præstat. maxime cum vitium quod contractui fuerat tempore per illam dominij adeptionem ram sit purgatum.

; et in contractu pignoris observatur, quod tametsi ab initio aliquid distractum pignus initialiter constituatur, per tempus tamen distractus cessante pignus redditur d. l. si fundus. 16. §. 1. h. t. quod tenet generaliter etiam est in cæteris l. adigere. 16 § quamvis de iur. patron. l. si patri §. de legat. visitt. l. generaliter. Cd. de Epis. et cleric.

§. 1.

Servo pignori dato, peculium eius creditor, citra conventionem specialiter super eo conceptam, frustra distrahit. Nec interest, quando servus domino peculium acquisierit.

Ad. §. Servo. 1.

Ratio Dub. Peculium naturam sequitur servi cui est concessum l. siue emancipati. 17 Cd. de donat. l. vlt. §. de manumiss. qui serv. ad vniv. pertin. l. donationes. 31. §. Patr. §. de donat.: est enim servi accessorium l. si venditor. 38. in princip. sup. de act. emp. l. 1. et 2. l. tunc inutile. 12. §. sup. de pecul. Lega. l. ex parte. 39. §. quod si. 105. sup. famil. ercis. atqui in pacta apposita proponitur servum peculium habentem esse a domino oppignoratum: cur ergo licet de peculio expresse non sit conventum illud pignori non debet censeri distractum? In contractu enim pignoris, sicut in reliquis tacite quædam sequuntur licet non sint expressa l. 3. §. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. ff. eod tit. l. Paul. §. 29. §. 1. h. t.

Decid. qui negatiue de emptione, et venditione dicuntur de pignore etiam verificari solent l. sed et quod. 9. §. 1. ff. vbi dilat. at quia simpliciter solam servi venditionem peculium eius non censetur venditum l. quæstio. 29. sup. de contrah. empt. sic igitur per simplicem et solam servi oppignorationem peculium eius pignori distractum censeri non debet. et consequenter mirum non est si creditor illud frustra distrahit: id enim quod nostrum est inuitis nobis auferre non licet ut vltro ia dicitur l. 1. §. sin autem servum oppignorando de peculio etiam obligando inter partes tacite expresse conventum, dubium non est quin peculium tunc vere oppignoratum censeatur. sicut venditum censetur, si cum servo specialiter fuisset venditum d. l. si venditor. 38. sup. de act. empt. Et tunc non tam venditum, et oppignoratum intelligitur, quia sit accessorium servi venditi, vel oppignorati (quod est dat sum) peculium.

culium enim non servi propie est, sed domini l. 4. de manumiss. 11
l. 3. § ult. de condic. ob caus. dat. quoniam cum omnino servus
sit incapax acquisitionis, ita ut etiam invito domino acqui
ratur, pene ex omnibus causis, id est extra causam hereditatis
l. etiam. 32. ff. de acquir. rer. domin. l. servus vetante 62 de verb.
oblig. iunct. l. qui in alien. 6. de acquir. hereditat. patrimonij ali
cuius habendi quantumvis pusilli omnino est incapax, etiam
volente domino quamdiu servus manet, sed ex illa speciali con
ventione supra eo inita l. si ex ductus. 32 § venditor servi 2. sup. de
pecul. Uno autem sane casu peculium servum cui fuit tra
ditum committatur; ut puta si servus peculium habens inter vivos
fuerit manumissus, sine eo quod peculium ei a domino fuerit
ademptum d. l. sive emancipatis. 17. C. de donat. Eo enim ipso quod
ei ademptum non est illud ex pristina domini sui si non expressa
saltem tacita retinet voluntate; in cuius scilicet potestate fuit pe
culium illud adimere si voluisset, atque proinde non adimendo
videtur donasse, quod donare tum potuit d. l. ult. ff. de manumiss.
quae serv. ad univer. pertin. imp. Praeterquam si Pupillus sit qui ma
numittit: hoc enim casu peculium non sequitur manumissum, e
tiam si apud concilium et tutore authore manumissio fac
ta sit l. penult. ff. de manumiss. vindic. quia neque Pupillus
neque tutor eius donare quicquam potest l. Lucius. 46 § 1. de admi
nistrat. tutor. extra casum l. cum plures. 12 § cum tutor. tit. cod.

§. 2.

Cum praedium pignori daretur: nominatim ut fructus quoque
pignori essent, convenit. Eos consumptos bonae fidei emptor utili ser
viana restituere non cogetur. Etenim pignoris causam nec usu
capione perimi placuit: quoniam questio pignoris ab intentio
ne dominij separatur. quod in fructibus dissimile est, qui nun
quam debitoris fuerunt

Ad. § Cum praedium. 2.

Ratio Dub. superflua omnia a iure reprobata censentur l. 1. §
quibus

quibꝫ ff. de nov. cod. l. fin. ff. qui admitt. ad bonor. poss. l. hac ſcripta §. divi ff. ut legat. nom. cav. atqui fructꝰ pignorati prædij cauſentur pignori obſtricti etiam ſi de illis oppignorandis expreſſe inter contrahentes non ſit conventum l. 3. ff. ex quib. caus. pign. vel hyp. tac. conſt. Superfluitatis igitur vitio laborat quæſtum in tra. poſitum

Decid. quod ad majorem cautelam, et debitoris tollendæ gratia ad libitum eſt ſuperfluum dici nequit: abundans enim cautela non nocet l. teſtamentum. ff. de teſtam. l. penult. ff. de evict. atqui per pactionem de qua hic illiter dubitatur illa: an ſcilicet ita demum fructus pignorati videantur, ſi a debitore ipſo eidemque domino percepti fuerint, quæ ex pacto tacito naſcitur (de quod. l. 3. ſine debito

† id eſt ſuis ab ipſo debitore, ſuæ per alium percepti fuerint

agit): quia cum expreſſe de omnibꝫ fructibꝫ obligandis ſit conventum ad omnes fructꝰ tales conventio extendi debet. Ratio enim indiſtincta æquiſſimi Univerſalis l. ſi ſervitij. 21. ſup. de ſervit. urb. præd. l. ſi ita relictum l. plurib. 44. §. de leg. 2. l. ſi plures. 98. de leg. 3. inutile foret tale placitum dici non valet. Nec de validitate illius dubitandum eſt; non minus enim debitor illorum fructuum qui ex prædio per alium percepti fuerint dominus cenſetur, quam ſi ipſe eos percepiſſet; quoniam cum fructꝰ non tam ſunt ſeminis, quam ſolo principiantur, dominij jus et cauſam ſequuntur l. qui ſcit. 25. §. de Aur.

a. eos conſumptos. Ratio Dub. Vinculum pignoris cum re vera rem obligatam efficiat l. pignoris. 17. h. t. cum ſimil. Vtilem ſervianam adverſus quemcunque rei pignoratæ poſſeſſorem producit l. ſi fundus. 16 §. in vindicatione. 3. h. t. Vbi Marcianus non diſtinguit an ſit fructi dei, aut malæ fidei poſſeſſor, ſed dumtaxat cum poſſeſſore deſiderat compelli jubetur debet noſter bonæ fidei poſſeſſor fructus quantumvis conſumptos reſtituere, ſolvendo ſcilicet eorum æſtimationem, quæ ſolet illorum rei conſumptæ ſuccedere l. 2. §. ult. et l. 3. §. pro emptore. Nec quicquam re valet quod pro conſumptionem fructuum a bonæ fidei poſſeſſore factam ipſe illorum fructuum irrevocabiliter dominus effectus ſit l. quæſitum. 10. in fin. §. de acquir. rer. dom. l. 4 §. poſt litem

ſup. de fin

Sup. finiu. vocund. l. 4. § Iam ff. de distract. semper enim verum est mutatione domini pignoris causam non finiri l. distrahi. 4. et seq. Cd. h. ti. l. 3. l. penult. Cd. de remiss. pignor. l. unic. Cd. rem alien. gerent. non inter dic. Sic. administr. l. Ut. § penult ff. de donat. l. si debitor. 22. Cd. de distract. pign.

Decid. Res sub conditione oppignorata, ita demum pignori censentur & obligata, si conditio extiterit, non autem si defecerit vulgo Res hypothecae. s. h. t.: deficiens enim conditio operatur, ut nulla penitus obligatio, nec quidem de facto praecesserit intelligatur l. qui pecuniam. 36. sup. de reb. credit. cum simil. at qui conditio sub qua in praedium oppignorati extitere, non adimpleta fuit; sed postea defuit: cum enim huiusmodi fructus inter res futuras computentur l. pretor. 11. § si de futura. ff. qui potior. in pign. hab. eadem tacita conditione qua futura bona pignori dantur videlicet: cum debitori fuerint de qua in l. Ut ff. qui potior. hab. et in l. si quis mihi. 18. de usur. disc. obligantur. at in proposito nunquam debitori ipsorum fructuum dominus visus extitit. supponitur enim percepti, et consumpti fuisse a bonae fidei possessore, et certum est in nostro iure fructus per illam separationem ad bonae fidei possessorem pertinere l. Bonae fidei. ff. ff. de acquir rer. dom. l. si fructuarius. 13. in fin. sup. quib. mod. usufr. amitt.: non est igitur admirandum si papin. Servianam adversus tales fructus creditori deneget. Nec retragaris dicendo, conditionem obligationis adimpletam extitisse, quasi scilicet eo ipso quod fructus pendentes extiterunt eos & si fuerint debitoris fundi domini cum illi pars essent l. fructus pendentes. ff. sup de rei vendicat.: quia tametsi ut recte accurs. et Bart. notarunt, pro ut fuerunt pendentes fuerint debitoris tamquam partis fundi cuius ff non fuerunt ita fructus. Sin autem fructus a bonae fidei possessore percepti nondum consumpti fuerint sed extarent creditori adversus eum vitem Servianam concedendam esse existimo, eodem modo quo debitori adversus tales fructus vendicatio conceditur ex l. certum est. 22. Cd. de rei vendic. licet enim per illam perceptionem ante scilicet consumptionem illorum fructuum bonae fidei possessor dominus factus dicatur. d. l. bonae fidei. ff. de

acquir. rer.

de acquir. rer. domin., non tamen simpliciter et absolute per solam separationem fructus acquirit et sibi adipiscitur, sed interim, id est quousque usucapti sint, vel consumpti, vel a domino ipso vendicentur d. l. quae situm. 40. in fin. de acquir. rer. dom. d. l. post litem. sup. finiu. r. d. l. 4. §. Lana ff. de usucap. §. et si in rem. Inst. de offic. Iudic.

B. Etenim pignoris. Praescriptio longi temporis id est decennij inter praesentes et vicennij inter absentes apta ad pignoris causam perimendam dicitur, si modo cum ea iustus titulus, et bona fides concurrant l. 1. et 2. C. de advers. praescript. opp. l. creditor. 12. ff. de divers. temp. praescrip. l. ult. C. de obligat. et act.: cur ergo et pignoris usucapio pignoris vendicationem non impediet cum potentior ipsa longi tempore praescriptio esse dicatur? per praescriptionem enim non dominium sicut per usucapionem l. 3. et pass. ff. de usucap. l. traditionibus. 20. C. de pact. sed duntaxat exceptio sola in praescribentem transfertur tot. tit. de long. temp. praescrip., et quod plus per Iustinianeam constitutionem usucapio in longi temporis praescriptionem est transformata, et longi temporis praescriptio in usucapionem l. unic. C. de usucap. transform. non ne est eadem ratio ibi et idem ius statuendum venit vulg. l. illud ff. ad leg. aquil. l. si postulaverit §. 2. ff. ad leg. Iul. de adulter.

Decid. questio pignoris ab intentione dominij omnino est separata, nec sic a Papin. attestatur, nec ulla dominij societate coniungitur l. iusto errore. 44. § non mutat ff. de usucap.; nil enim vetat rei dominium unius esse, et nil ominus rem alteri esse obligatam, licet non possit pignus constitui, nisi ab eo qui pignoris constituti dominus reperiatur l. 3. in prin. d. l. et quae nondum. 15. h. t. Ergo tamet si per usucapionem transferatur dominium nil ominus pignoris causam durare debet l. usucapio. 7. h. t.; maxime cum saepe constitutum sit pignoris causam salvam manere, etiam si illius dominium in alium translatum fuerit d. l. distrahi. 18. et seq. C. h. t. d. l. 3. et d. l. penult. C. de remiss. pign. Quodque etiam non solum in conventionali; verum etiam in praetorio pignore procedit l. missio. 12. ff. pro emptor. l. 2. pro haerede l. Postquam C. ut in possess. legator. Praescriptio autem longi temporis ideo exceptionis privilegium adversus creditorem meretur, quia aequum est ut bonae fidei possessor qui per totum dictum tempus bona fide pignus possedit, aliquo adiu-

vamin

vanine subtrahetur ne magno suo detrimento, tam longæ pos-
sessione privaretur, maxime cum ab eo nullo modo cohiberi
queat creditor, cum pignoratitiam contrariam adversus suum de-
bitorem habeat d. l. 1. §. si ad vers. credit. presup. oppon. Nec admitti
ter distinctio an scilicet debitor fuerit sciens, vel nesciens huius
modi longi temporis præscriptionis, quia licet debitoris ignorantia
eum excuset a vindicio criminis stellionatus, contra quem si sciens
esset stellionatus exerceretur l. alt. §. de crimin. stellion. l. a contraria pig
noratitia cum non liberat l. tutor. 16. §. contrariam. l. sup. de pig
norat. act. cum per eam culpa etiam sola vendicetur l. si rem
venderet. 13. in fin. sup. eod. tit. Observandum tamen est quod cum
hodie eadem facta sint tempora rei immobilis usucapionis, et
longi temporis præscriptionis d. l. unic. §. de usucap. transform. dubi
tari non valet, quin eodem modo quo rei immobilis dictam præscriptio
nem utilis Serviana repellebatur, ita et hodie ei dicta usucapi
onis pignoris persecutio extinguatur. Ceterum cum huiusmodi privile
gium diuturnum silentium causa fuerit d. l. 1. dicendum est ad rei
mobilis usucapionem etiam hodie minime protrahendum esse
: per triennio enim. §. 1. Inst. de usucap. at immobilia per de
cem habetur cessante ratione legis, ubi legis dispositionem cessare
l. in omni. sup. de adopt. l. quod dictum sup. de pact. l. fin. §. ad
Syllian. Justa istam distinctionem rei mobilis, et mobilis falso
existimant aucturs. cum suis sequacibus Papinianum intelli
gendum fore quasi scilicet id quod in prin. §. et ubi d. l. 7. C. h. t. scri
ptum est ad usucapionem rerum mobilium esse referendum
no autem ad rerum immobilium extendendum: Perpendere
enim debebant Papinianum, et Gordianum loquutos fuisse
secundum ius quod ipsorum temporibus in usu erat, et quo res
immobiles biennio usucapiebantur ex leg. 12 sic concepta: Usus
auctoritas fundi biennium esto, ceterarum rerum usus annuus
esto, sicque eo iure, non minus in rerum immobilium usucapio
ne, quam in rerum mobilium usu ratio diuturni silentij cessa
bat. Melius autem legi esset questioni per ipsum mox positæ
satisfaciendo, videlicet: valere debitorem luere pignus, per

conditio

creditorem ab vsucaptore quasi serviana evictam, creditor enim
recusare non potest (solutatn sibi pecunia). quominus pignus de
bitori sibi solventi restituat d. l. si rem. 9. § omnis pecunia sup.
de pignorat. act. l. rescriptum. 12. § 1. ff. de distract. pign. etiam si res
res pignorata aliena sit d. l. si rem. 9. § Is quoque quo etiam sub
tili more satisfecit difficiliori questioni ex suprapositarsultan
ti vtputa posse vsucaptorem rei vendicatione recuperare dictum
pignus ab ~~vsucaptore~~ debitore: quilibet enim potest vendicare illam rem
, quam suam valet affirmare l. quintus. 27. § argento. ff. de aur. et
arg. leg. at per vsucapionem dominium dicti pignoris in vsucapto
rem translatum extitit d. l. 3. et pass. ff. de vsucap. d. l. traditionibus
20. C. de pact., nec per dictam evictionem creditoris dominium ab
vsucaptore ablatum videri potest, quoniam licet evictio possessio
nem evincat, non semper tamen aufert dominium l. si mancipi
um 34. § vlt. et l. seq. de evict. Certi enim sunt modi amittendi do
minium inter quos non est evictio. querit rursus accurs. simul
cum Bartol., an debitor iste qui pignus vsucaptum a creditore
suit adversus vsucaptorem illud vendicantem aliquo adiuvami
ne suffragari valeat, et investigat an saltem creditor ad cedendas ei
actiones ex l. mulier. 19. inf. qui potior. in pign. hab. compelli possit
et recte sane negative resolvit (Bartolo contrarium tenente relicto)
: neque enim non entis vllę possunt esse qualitates l. si partem. 19. sup.
quemadm. serv. amitt., necessio ab eo facta qui post acceptam
solutionem nullas amplius actiones habiturus est vllius est mo
menti l. modestinus. 76. ff. de solut. at in proposito post factam
dictam luitionem nulla competit creditori circa pignus actio
sublata enim principali obligatione per solutionem debiti
nulla creditori pignoris persecutio seu retentio competere po
test l. debitor. 40. § vlt. sup. de pignorat. act., cum hęc sit natu
ra pignoris d. l. si rem. 9. § omnis pecunia sup. de pignorat. act. l.
grege. 13. § etiam h. T. l. debitor. 59. ff. ad. S. C. Trebell.. Nec destru
untur hęc per Bartoli dictum asserentis non esse novum in nos
tro iure sublata principali obligatione durare pignoris vincu
lum ad effectum retentionis l. penult. § 1. ff. de except. rei iudic.

l. 2.

l. 2. C. de liut. pignor. l. ult. §. licentiam C. de iure deliber. l. 1. C. 17
si antiq. credit. pig. vend. l. debitor. 59 §. ad s. c. Trebel. aliud enim
quod aditione hereditatis quam alteri restituere creditor rogatus
est sublata sit principalis obligatio, aut alio quolibet modo ex iis
de quibus in suprad. ll. aut per plenam solutionem debiti, aliam
ve satisfactionem quae solutionis loco sit. P.o enim casu durat pig
noris obligatio tametsi principalis sit sublata, cum nondum
sua conditio, et lex adimpleta sit de qua in d. l. grege. 13. § etiam
non autem in 2.o: aliter enim nullus extinguendi pignoris mo
dus in iure inveniretur, si neque solutione, neque satisfactione
ulla extingui posset contra disposita in d. l. si rem. 9. § omnis pec
cunia. sup. de pignorat. act. destitutus itaque debet esse debitor om
ni remedio, nocere enim ei debet usucapio ob suam negligen
tiam completa l. 2. l. ult. in fin. C. de annal. except. et usucap
tori prodesse iura enim vigilantibus et non dormientibus subveni
unt l. non enim. 26. sup. ex quib. caus. major. l. Pupillus 24. sup.
quae in fraud. credit. nec relevatur per cautelam ab accurs. exco
gitam videlicet: quod rem pignoratam pro debito creditori suo
dimittat. Ista enim datio in solutum (ut recte hic Bartol. notat) nil
aliud est nisi alienae rei venditio l. ult. in fine ex quib. caus. in pos
ses. eatur l. 3. pro emptor. At is qui alienam rem vendidit negoti
orum gestorum actione illius rei pretium vero domino restituere
tenetur l. mater. 3. C. de rei vendicat.

§. 3.

Pacto placuit, ut ad diem usuris non solutis, fructus hypothe
carum usuris compensaret fini legitimae usurae. quamvis in
ex ordio minores in stipulatum venerint, non esse tamen irritam
conventionem placuit: cum ad diem minore tenore non soluto, le
gitimae majores usurae stipulanti recte promitti potuerunt.

Ad. §. Pacto. 3.

Male accurs. minores usuras accepit ex comparatione fructuum
(cum procul dubio Papinianus intellexerit ex comparatione ma
iorum quae ad centessimas usque ascenderent): sicque huic §

duas

duas prestat interpretationes: Prima est, inter contrahentes con
ventum fuisse de majoribus usuris solvendis, si minores promissæ ad
diem non solverentur, vel de facienda fructuum compensatione
cum usuris licet modum conventarum usurarum excederent
: 2a. quod primo convenerit de minoribus usuris solvendis, deinde, ut
si minores non solverentur, majores prestarentur, et tandem ut pro
majoribus fructus compensarentur. quæ 2a. interpretatio mihi ad
modum displicet; non enim unum et idem est convenisse de ma
joribus usuris prestandis, et pactum fuisse de fructibus cum eis
compensandis. Primo etenim casu semper majores usuræ prestandæ
venirent, hoc est, sive plus, sive minus esset in collectis ex pignore
fructibus, quam in usuris minoribus. quoniam forma stipulatio
nis ex post facto immutari non potest §. plus autem. Inst. de act.
l. vero procuratori. 12. § penult. ff. de solut. Sensum itaque h. n. §.
non alium esse existimo, quam inter contrahentes conventum esse
quod minoribus usuris statuta die minime solutis fructus compen
sarentur in vicem maiorum non excedendo tamen legitimum mo
dum: quod manifeste ostendit ex illis tribus verbis Papiniani nri (fini
legitimæ usuræ), ut et fini Peculij in l. debitor. 19. de compensat. Ratio
Dub. usuræ non debentur citra vinculum stipulationis l. 3. C. de usu
at qui in pnti specie nulla intervenit stipulatio, sed duntaxat mo
dum pactum, ut patet ex verbis illis (pacto placuit) Ergo tamen si
minores usuræ assignata ac conventa die solutæ non sint majores
peti non poterunt, vel dicta fructuum compensatio fieri: subro
gatum enim naturam illius in cuius locum subrogatur sapit l. si cum
§. qui iniuriam sup. si quis caut. l. 1. § hec actio. ff. si quis testam. lib.
l. filia. § Titia. ff. de condit. et demonstrat. Porro usuræ nisi morę oc
casione non debentur (quod non solum in stricti iuris, verum etiam,
et in bonæ fidei contractibus procedit l. mora. 32. § in bonæ fidei l.
usuræ. 34. et seq. l. Et in contraria. 37. ff. de usur. l. Titia Seio 87. §
usuras. de leg. 2. l. in minorum. 3. C. in quib. caus. non est necess. in
integr. restit.). at in proposito nulla mora intervenit: mora enim

nulla

nulla contrahi intelligitur vt nulla petitio actione est vt habet civis
regul. l. nulla. 88. de regul. iur. l. si pupill. 127. de verb. Obligat. l. non
solum. 8. § illud videndum de lib. leg. l. Lucius. 24. in fin. sup.
depositi. et Pactum nudum nullam parit actionem l. 1. l. seruitutum. 7. sup. de pact. l. 1. sup. de constitut. pecun.
Decid. Ex pacto adiecto bonæ fidei contractibus nascitur actio d. l. Iuris
gentium. 7. § quinimo. de pact. cum simil. efficax ad petendas vsu-
ras l. cum quidam. 17. § ex locato. ff. de usur. l. Imper. 3. Cd. de pact.
inter empt. et vendit. l. Publia Mœvia. 26. § 1. sup. de pecul. at qui
in bonæ fidei contractu versamur. § Pretium. Inst. de act. vnde quæritur
Pacta de minoribus usuris non solutis creditor in huiusmodi pacti
ad maiores usuras prosequendas, vel ad duplicis accessionem rei primo
ty per debitorem perceptis vti compensatos exigendo agere potuit
Id enim quod adjici solet usuras vltra vinculum stipulationis
minime debiti ad pecuniæ creditæ usuras expectat; non vero ad eas
quæ bonæ fidei iudicio præstantur l. 4. Cd. de depositi. l. qui per collusionem
49. § 1. de act. empt. l. quæro. 54. sup. locat. nec pactum de quo hic
nudum videri potest cum inter contrahentes dicimus quinimo sunt
quidam placita quæ exempta a regula generali pactorum vsum
fauorabiliora cæteris, et propter publicam vtilitatem: quod publice
viderentur interesse ex iis prætoriam actionem dari, non minus quam
ex stipulatione ciuilem: inter quæ est pactum nudum hypothecæ
: id est quo convenit vt res aliqua pro debito sit obligata: vnde nam
que desinit pignus ab hypotheca quod pignus traditione perfi
citur vnde que transit possessionem in creditorem; hypotheca con
cessa nudo contrahitur nec creditorem facit possessorem l. si rem
9. § propie l. cum et sortis. 35. § 1. sup. de pignorat. act. l. 4. ff. h. t.: vbi
quod dicitur hypothecam contrahi per pactum conventum, nihil aliud
est, quam contrahi per pactum nudum: pacta enim nuda pacta
conventa appellantur in l. Pacta conventa. 71. sup. de contrah. empt
, et alibi passim, quæ sunt in pari fortuna conventionis, nec transeant

vi stipulati

20 stipulationem, aliumve contractum; visum autem est prætori hoc pactum favorabile, non ob id solum quod obligatio naturalis quæ ex eo nascitur, sit semper accessoria ad aliam principalem obligationem, quæ vel præcesserit, vel subsequatur l. Res hypothecæ. s. h. t.; sed etiam quia cum plus cautionis sit in re quam in persona, ut habet iuris regula interest contrahentium ut per pactum nudum bona debitorum obligari possint, non solum ne tam facile possessionem eorum amittant, quam per pignoris dationem amitterent, sed etiam quia nec semper præsentia sunt bona, de quibus obligandis agitur ut etiam pignori dari possint, eorumque possessio in creditorem transferri. Proinde adiuvanda fuit bonorum obligandorum necessitas et facilitas, ut qui satisdare, aut dare fideiussorem non possent, quod plerunque difficile est l. 2. § penult. sup. de iudic.; hoc saltem modo creditorem facilius invenirent, idonee namque cavetur, non solum fideiussoribus; sed et etiam pignoribus datis l. si mandatu. 59 § ult. sup. mandat. l. 4. § addici. ff. de fideicom. libert.

§. 4.

Cum prædium uxor viro donasset; idque prædium vir pignori dedisset: post divortium mulier possessionem sui prædij recuperavit, et idem prædium ob debitum viri pignori dedit. in ea dumtaxat peccunia recte pignus a muliere contractum apparuit, quam ostendere viro debuit meliore prædio facto: scilicet si majores sumptus quam fructus fuissent, quos vir ex prædio percepit. Etenim in ea quantitate propium mulieris negotium gessisse, non alienum suscepisse videtur

Ratio Dub. Dare nil aliud est, quam dominium rei datæ in accipientem transferre l. ubi autem. 75. § ult. ff. de verb. oblig. l. non videntur data 167. de regul. iur. at qui per dominium prædij mulieris in viuum transferri nequit est enim ista donatio iure civili prohibita l. 1. et pass. ff. de donat. int. vir. et uxor. male igitur Papin. noster verba illa (cum prædium uxor viro donasset) adiecit, sola enim traditione absque scilicet titulo habili præcedente dominum non transfertur

l. nunq

numquam nuda. 31. ff. de acquir. rer. domin.

Decid. Non est dos ex numero donationum prohibitarum tamquam quae habeat causam necessariam, et utilem reipublicae l. 1. ff. solut. matrim. Tum quia habet causam onerosam magis quam lucrativam ex parte mariti inservit enim oneribus matrimonij l. pro oneribus 20. C. de iur. dot., et etiam quia nec videtur pauperior facta mulier quae dotem dedit, cum ob ipsam dotem habeat et maritum obligatum ad eam dotem quondocunque restituendam l. unic. C. de rei uxor. act., et certum in nostro iure sit inter virum, et uxorem nullas alias donationes prohibitas censeri, quam quae donantem faciant pauperiorem, et donatarium locupletiorem l. si sponsus. § concessa ff. de donat. int. vir. et uxor. at qui in hoc §. praedium in dotem datum esse supponendum, ob terminorum scilicet habilitatem, qui in quacunque materia etiam si verba non suffragentur (dummodo tamen non repugnent) semper veniunt vulg. l. adigere. 16. § quamvis de iur. patr. maxime etiam quia dotes donationis appellatione continentur l. cum multae. 20. C. de donat. ante nupt. non inepte igitur verba illa (cum vir praedium ff.) adiecta fuere. Plane si cum donare viro uxor vellet constante matrimonio dotis calorem quaesierit, certum est non valituram donationem l. 2. C. de dot. caus. non numer. l. si divortio 21. ff. de verb. oblig.: non enim magis dotis causa, quam alterius contractu pretextu donatio inter coniuges fieri potest l. 3. § sciendum l. 5. § circa venditionem ff. de donat. int. vir. et uxor.

a. Et Idem praedium. Ratio Dub. Pignoris datio nil aliud quam intercessio ista Ulpia. in l. quamvis. 8. sup. ad S.C. velleia.: at qui mulieribus ex dicto S.C. pro alijs intercedere, etiam pro ipsarum maritis interdictum est l. 2. § sed et si mulier. 1. sup. ad d. S.C. (quamquam pro his uti coniunctae personae sine mandato agere valeant l. feminas. 41. iunct. l. sed hae personae l. Pomponius. 40. § ult. sup. de procurator. l. 5. § cum vero. de liberal. caus.) inutilis igitur ista pignoris datio

Decid. Velleiano S.C. non datur locus quando mulier revera suam obligationem suscipit, licet suscipere alienam prima facie videatur; quod tunc evenit, quoties in rem, et utilitatem suam intercedit l. aliquando. 13. in princip. l. si pro aliquo. 21. sup. ad S.C. vellei. l. 2. C. eod. l. de die. 8. § 1.

sup.

22 sup. qui satisd. cog. atqui mulier dando pignori pro debito mariti prædium in quo maritus impensas fecit, non tam propium viri sui quam suum gessisse videtur; dictarum enim impensarum ipsa suo marito debitrix est, cum sæpe responsum sit impensas dotem minuere, non quidem ipsa in re, nisi cum dos pecuniaria est (absurdum enim esset dicere corporum diminutionem ipso iure fieri propter pecuniam l. quod dicitur. 5. §. de imp. in rem dot. fact.), sed tamen ipso iure l. si is qui stichum 56. § quod dicitur §. de iur. dot. l. dote relegata. 5. de dot. releg. aliter enim ipsa uxor contra naturalem æquitatem ex mariti iactura locupleteretur. vulg. l. Plane. 38. sup. de petit. hæredit., et in fraudem ?. l. si sponsus. 5 § concessa. §. de donat. inter vir. et uxor.: valet igitur ista datio pignoris usque ad concurrentem quantitatem quam impensarum ratione uxor viro suo debet; sic enim ipsa mulier locupletior facta est, cum se a marito, et debito illo sumptuum liberavit l. si pupilli. 66. §. de solut. qua propter recte hic a Papiniano subijcitur: mulierem in ea quantitate propium negotium gessisse, non autem alienum suscepisse. Observandum tamen; quod hic attestatur Papinianus maritum ante omnia teneri pati compensationem impensarum cum fructibus ex prædio per eum perceptis. Itaque si impensarum factarum valor fructuum ~~valorem~~ perceptorum æstimationem excedit, pro eo quod excedit valebit dicta pignoris datio, aliàs secus, sicque in hoc bonæ fidei possessori assimillatur, qui tamet si fructuum a solo separatorum dominus sit l. si fructuarius messem. 13. in fin. sup. quib. mod. usufruct. amit. l. Bonæ fidei. 48. de acq. rer. domin.; sumptuum tamen cum fructibus ante litem contestatam perceptis compensationem pati cogitur l. 48. l. Emptor. 65. sup. de rei vindicat. l. In insulam. 42 §. 1. §. solut. matrim.

L. 2. Idem lib. 3. responsorum

Fideiussor, qui pignora vel hypothecas suscepit, atque ita pecunias solvit: si mandati agat, vel cum eo agatur: exemplo creditoris etiam culpam æstimari oportet. Ceterum iudicio, quod de pignore dato proponitur, conveniri non potest

Ad l. fideiussor. 2.

Ratio Dub. Fideiussor qui ex mandato debitoris pro eo fideiussit
tenam fidem in toto contractu mandati, et in omni contractu qui ex
mandato pendet prestare debet l. Idemque. 10. in princip. sup. mand.
: non enim equum est vt illum lucrum penes eum remaneat
p. l. Idemque. 10. § si procurator. atqui si fideiussori pignus pro credi
torem vice creditoris distractum emere liceret tenam fidem in con
tractu mandati non prestaret, cum pignus apud eum remanere
deberet. Is enim qui emit a creditore vice pignus distrahente do
minium pignoris sibi acquirit l. non est rotrem. 46. § de acquir. rer
domin. et in princip. tit. Inst. quib. alien. licet veleron, adeo vt
de proprietate vnius non possit l. qui a creditore 18. ff. de distract. pign.
; etiam si ei a debitore debitum offeratur l. 2. ff. si antiq. credit. pign.
remd. l. si cessante. 7. ff. de distract. pignor. l. 1. ff. si propt. pecun. pensi. l. 1.
in fin. ff. si remedit. pign. agat. non est igitur permittendum, vt pignus
supra dicto modo distractum fideiussor emat

Decid. Nullius actus alia agentium intentionem operari valet l. non
omnis. 9. sup. de reb. credit. ; et in emptione pignoris potius attenditur, quam
quid actum, quam quid dictum licet scriptum sit l. emptione. 3. ff. plus
valer. quod agit. atqui fideiussor pignus a creditore emendo, non tam
acquirendi dominij causa, quam emptionis titulo suscipiendi dicitur
illud emisse l. 2. § de distract. pignor. l. cum secundus. § 1. tit. eod. l. fide
iussor. 32. sup. de negot. gest. ; sit enim talis emptio vinis necessitate
, cum fideiussor soluere creditori cogatur, et creditor solutionem a fide
iussore accipiens pignora que a debitore habebat in eum transtire
adstringatur l. 2. ff. de fideiussor. : permittenda est igitur fideiussori
tali pignoris empti; maxime cum illud debitori suo, sprediz eius ma
cum fructibz (sublato tñ ei per debitorem integro debito una cum acces
sionibz) a vice restituere compellatur ?. l. fideiussor 2. § de distract. pignor.
l. Paulg respondit. § de fideiuss, ad instar scilicet secundi creditoris a
quo per debitorem pignus liberatum a primo (eo tñ prig pro ipsum
debitorem satisfacto) recuperari licet ?. l. cum secundg. § 1.

a. Exemplo creditoris. Ratio Dub. In contractibz qui vnius contrahentis dum
taxat gratia celebrantur, contrahens qui ex eo nullam vtilitatem per
cipit, sed alterius contrahentis contemplatione contrahit de dolo dolo tenetur

non.

non vero de culpa l. si ut certo. 5. §. nunch videndum 52. sup. commod.
§. Praeterea. 4. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.: iniquum enim
esset culpam praestari ab eo, qui in culpa non esset, si non contraxisset,
neque rursum contraxisset, si non alii cumquo contraxit magis,
quam sibi prospicere voluisset, cum nemo alteri possit imputare
factum. ex quo ipse Lucrum sentiat l. si extraneus. 33. l. cum
in fundo. 18. § quod si mulier. ff. de iur. dot. at qui fideiussionis contractus
solvis debitoris contemplatione initus intelligitur, ut plurimum enim
gratuito scelebrari solent l. ex mandato. 20. §. 1. sup. mandat. Ergo
fideiussor in casu nostro de dolo dumtaxat teneri debet, non vero de
culpa: si enim pro debitore non fideiussisset onus pro eo solvendi
et per consequens pignus in se transferendi subire obstrictus non fuisset
l. si servus. 61. §. quod vero. ff. de furt. Nec id quod de creditore a Papin.
dicitur procedit. fideiussionis enim contractus, solvis debitoris gratia (ut di-
ximus) scelebratus existimatur; pignoratitius vero utriusque, debitoris sci-
licet, ut magis ei credatur, et creditoris ut magis in tuto debitum habeat
d. l. si ut certo. 5 §. nunch videndum sup. commod. §. creditor. Ut. quib.
mod. re contrah. oblig. at diversorum non idem; sed potius diversum iu-
dicium esse debet l. Inter stipulantem. § Sacram ff. de verb. obligat.
Decid. Eadem solet esse causa emptoris, quae fuerat venditoris l. invitus.
156 § plerunque vinct. l. quod ipsis. 143. de regul. iur. at qui fideiussor
noster pignora et hypothecas emptionis titulo suscepit, ut a Papin. pro-
ponitur. Ergo sicut creditor circa pignus non solum dolum; verum
etiam et culpam praestare debitori tenebatur l. si cum venderet. 13. § venit
sup. de pignorat. act. ita et fideiussor qui ab eo causam habet culpam pre-
stare tenebitur; pignus enim vel hypothecas suscipiendo creditoris
loco se constituit d. l. cum secundus. 3. §. 1. cum l. seq. ff. de distract. pign. Et
tametsi debiti solutio per fideiussorem nomine debitoris iure cogente
facta videatur; susceptio tamen pignoris ex mera fideiussoris voluntate
intelligitur facta. Nemo enim cogebat cum pignora, vel hypothecas
a creditore suscipere si personali actione mandati contentus esse malu-
isset, sed illa ob sui utilitatem suscepit, ut scilicet magis in tuto causam
suam haberet, secundi creditoris exemplo qui isto animo et non alio
primo satisfacere dicitur. d. l. cum posterior. 9. ff. de distract. pignor.
: qua propter adversus eum dispositio l. si ut certo § nunc videndum

sup. comodat.

sup. commod. et §. Vlt. Inst. quib. mod. contrah. obl. q̃ua culpa
præstari deberi in hijs contractib⁹ qui utriusq; contrahentium gratia
celebrantur) videt
Certum Ratio Deb. Fideiussor creditori solvendo, et pignora ab hijpo
thecas ab eo accipiendo in creditoris locum succedere videtur (et
supra dictum extitit) atqui creditor si pignus possideret directa pigno
ritia conveniretur: ea enim debitori soluto debito adversus creditorem
indulgeri solet l. si rem. 9. §. omnis pecunia. sup. de pignorat. act. l.
ergo. 13. §. etiam. cum simil. h.t. (quod in prin. in contrarium deducta
esse præsupponitur) cur ergo pignoratitia directa fideiussor debito satis
facto convenire non potest. Nonne subrogatum naturam cujus sapit
in cujus locum subrogatur. l. si cum qui. §. qui civiliaverunt. sup. si quis
caut. l. 1. §. hæc actio §. si quis testam. lib. ming. l. Titia. §. Titia de condic.
et demonst. l. unic. §. 1. C. de rei. uxor. act. §. sed et. Inst. de act.
Deeid. actiones personales quæ ex contractu nascuntur l. licet. 42 §. ea actio
patio. sup. de pignorat. act. l. si mulier. 25 sup. ad S.C. Vellei. adversus alios
vel dolosi non solent, quam contra ipsos qui contraxerunt eorumve hæ
redes l. stam. et vt. hi. C. de hæredit. act. non autem contra singulares
successores competunt l. 1. §. si hæres. f. ad S.C. Trebell. l. Vlt. §. 1. sup. de contrah.
empt. l. Eris alieni. 15. C. de hæredit. act. atqui actio pignoratitia personalis
est, in contractu enim pignoris hijpotheca ficta introducta l. 1. §. creditor
quoque. f. de obl. et act. (quod de illa intelligendum est quæ debitori com
petit soluto debito adversus creditorem, ut pignus quod aliquando prode
bit restituat hæc enim sicut in h.n.l. iudicium quod de pignore da
to proponitur a nostro etiam Papin. appellatur in l. creditor. 42. sup.
de pignorat. act. non autem de illa quæ datur creditori, sive contra de
bitorem, sive contra quemlibet alium pignoris possessorem ad pignus
vendicandum; hæc enim cum reali sit et non personali adversus quem
cunque possessorem datur l. Pignoris. 17. h.t. l. pignoris. 15. C. de cod. idroque
pignoris vindicatio appellatur l. si tendus. 16. §. in vendicatione. h.t.) non
potest igitur in casu nostro per debitorem adversus fideiussorem exer
ceri. Fideiussor enim neque contraxit de pignore, neque creditoris qui
contraxerat hæres extitit. Solummodo igitur debitori adversus eum man
dati actio competet si eum mandato fideiusserit, vel negotiorum gestorum

si sine

pnè mandato l. ex mandato 20. §. 1. sup. mandat. Nec quicquam facit
quod scriptum est a Justinia. in l. 2. §. sequentem l. de rebus eor. qui
de. hypothecariam actionem non longe admodum ab actione pignoratitia
vtilia distare: nullus enim aliis istorum verborum sensus esse potest,
quam quod vna alteri consequens quodammodo esse videatur; non vero,
quod vno alterius nutu participet naturam: conuenit enim pignoratitia
sicut induxit hypothecariam fauore creditoris, vt pignus persequi et vin-
dicare possit. Ita et soluto quandocunque debito inducit pignoratitia
fauore debitoris, vt pignus a se datum recuperare possit

l. 3. Idem scr. 20. quæstionum

Si superatus sit debitor, qui rem suam vindicabat, quod suam non pa-
caret: eque seruanda erit creditori seruiana, pendenti rem eo tem-
re, quo pignus contrahabatur, in bonis illius fuisse. Sed et si victus sit
debitor vindicans hereditatem: iudex actionis seruiane, neglecta de here-
ditate dicta sententia, pignoris causam inspicere debebit. atque in alio
in Legatis, et fideicommissis dictum est: cum secundum eum, qui Leo-
nam hereditatem vendicabat, sententia dicta est. Sed creditor non
sine Legatariis per omnia comparatur: cum Legata quidem aliter
valere non possint, quam si testamentum ratum esse constet; enimvero
licet postea, vt et pignus recte sit acceptum, nec tamen ab eo fi-
bene constituta

Ad l. Si superatus. 3

Ratio Dub. Rei iudicatæ exceptio cum non sit personalis, sed realis l. de
ceptione. 7. §. 1. f. de except. a persona authoris in successorem transit l. q
a re. g. §. illam. l. Si mater. 11. §. penult. f. de except. rei iudicat. atque in propo
sito exceptio rei iudicatæ debitori victo in causa propietatis pignoris victo
: Nec enim aduersus eos qui in iudicio victi sunt conceditur, licet, si uersus a
gere uelint ad iuramenti uisitandi l. cum qui. 3. l. 5. §. dato uisitando l. Si
Si possessori. 11. §. illum sup. de iureiurand. et hoc tit. f. de except. rei iud. Ergo etiam
et creditori qui ab eo pignus excepit, ac per consequens ab eo causam ha-
bet talis exceptio nocere debet: aliter enim sequeretur meliorem conditio-
nis esse successorem quam authorem suum quod iura admodum abhorrent
l. Nemo plus iuris. 54. de regul. iur. et l. quod ipsis. 143. eod. tit. maxime cum

a nostro

presto. in ℔ Perniciam. leg. respondem. ff. de litor. cui a prætore pignoris etiam per iudicii iniciam victo nullam creditori, qui ab eo dictum pignus accepit actionem competere. non enim inquit plus iuris habere creditor potest, quam habet qui pignus dedit

Deinde. cum quæritur an exceptio rei iudicatæ noceat, illud maxime inspicitur dum est inter vtera, an eadem res sit, eadem actio, idem ius, eadem causa petendi. l. cum quæritur. 12. et legg. ff. de except. rei iudic. at in proposito eadem quidem res est quæ petitur, sed non eadem actio, neque idem ius, neque eadem causa petendi, nec denique eadem conditio personarum. prior enim actio erat rei vendicatio quæ præstabilissimam dominij probationem desiderat. l. sticho. ff. de rei vendicat. et tot. sup. ead. quæ plerunque difficilissima est ℔ commodum. inst. de interdict. hæc autem quasi seruiana, quæ solum rem in bonis debitoris tempore quo pignus contrahebatur fuisse extendere postulat. l. et quæ nondum. 15 ℔ quod dicitur. ff. non idem ius, neque eadem causa petendi aut vtendi; quia prior iudicio debitor victus est, quod suam rem petitam non probauit: at posteriore hoc iudicio creditorem suæ intentionis fundamentum: vt puta rem in bonis debitoris dominio fuisse tempore quo pignus contrahebatur probasse a Papin. præsupponitur: denique neque eadem conditio personarum; alia enim est persona debitoris qui in priore iudicio agebat, alia vero creditoris qui in posteriore iudicio actoris vices sustinet: minime igitur non est, si creditori quasi seruiana agenti, non obstet rei iudicatæ exceptio. Res enim inter alios iudicata aliis nocere non potest, nec debet. l. 1. ff. de except. rei iudic. l. 1. et tot. tit. C. de quib. res iud. non noc. l. 1. et tot. tit. C. de inut. ali. act. al. n. noc.: aliter enim alteri per alterum iniqua conditio inferretur contra l. non debet alteri. 74. de regul. iur. et vnius facto actio, suæ exceptio alteri competens adimeretur contra l. grauius. 11. ℔ penult. ff. de fidiussor. et l. tot. sup. de pact. Ipse tamen ℔ Perniciam. leg. ideo creditor obtinere non valet quia eam dictum suæ intentionis fundamentum probare nequit; proponitur enim a Papin. pignoratitium contractum celebratum extitisse post sententiam quæ pronuntiatum fuit (tametsi iniquæ, et per iudicis iniuriam) rem quæ postea oppignorata extitit in debitoris dominio non fuisse. at certum in nostro iure est rem iudicatam, tametsi per fraudem, aut per

gratiam

f. 25 vers. 2ª

q̃ ratiam, aut per errorem pro veritate haberi l. res iudicata 208. de reg. iur. l. Seruo. 65. § cum pupillo ad S.C. Trebell. l. si fundus 66. § si pluris ff. l. Ex diverso 35. § 1. sup. de rei vendicat.

a. at qui aliud. In pñti versiculo satisfuit Papinianus obiectioni occurrenti dixerat enim in secundo versu: responsa pro eum vi p.º non solum habere locum vi singulari cuius libet rei vendicatione, verum etiam, et in vniversali hereditatis petitione, contra quę quis ita obijere poterat: Sententia contra heredem scriptum lata legatarijs ac fideicommissarijs nocet ergo a paritate rationis sententia contra debitorem lata nocere debebit creditori; sed respondet non bene per omnia creditorem legatarijs comparari, cum legata non aliter valere possint, quam si testamentum ratum esse pronunciatum; primus autem verè potest esse contractum tamen si adversus debitorem male instituta actionem sit iudicatum, vt supra extitit expensum. Rabò Dub. Res inter alios iudicata alijs non nocet d. l. 1. ff. de except. rei iudic. cum similib. Ergo tamen si contra heredem scriptum pronunciatum, aut iudicatum sit, tales tñ sententia libertis hñtis et legatarijs nocere non debet: maxime cum heres ipsum pronunciatum sit ab Hadriano in l. Si Seruus plurimum 50. § 1. de leg. 1., vbi in princ. inquit: Si hereditatis iudex contra heredem scriptum pronunciaverit, non agentem causam, vel fictorie agentem, aut per iniuriam nil hoc nocebit legatarijs: et idem Pomponius respondit in l. Statuliberæ ea quæ 29. § quintus ff. de Statuliber.

Decid. Sententia contra heredem scriptum lata, vel est lata per Iudicis iniuriam, vel quia scriptus heres fuit contumax, vel quia causam collusorie egit, atque ita se condemnari passus est fuit. Aut fuit ex extitit lata, neque per contumaciam, neque per collusionem, neque per Iudicis iniuriam; si per Iudicis iniuriam fuit pronunciatum legatarijs sententia nocere non debet. Itaque in hoc casu iniuria probata nulla interedit differentia inter legatarios, et creditores, equius enim est vt iniuria remaneat penes eum cui facta fuit, quam ad alterum transferatur l. Exceptione 67. ff. de fideiussor. quæ doctissimus Cuiac. lib 2. Observat. cap. 1. et lib. 16 cap. 32. vt contrarium tamen adhuc emendandus d. l. Si Seruus plurimum § 1. de leg. 1. a verbis illis: iniuria eius facta non nocebit illud (non) tollendo: non enim Papinianus nos vult hoc casu de illo casu agit quo per iniuriam Iudicis condemnatus sit heres scriptus, aut debitor, de quo in § prox. seq; sed illum a contrario quo is qui

vinci

vicius est viuus damnationis causam prebuit, dubium, vel male defuncto
tum, an vel male defuncto, sique viua condemnatio est expecta
iudicis, quem secundum allegata, et approbata iudicare necesse fuit, qua
vis iniusta sit iuspecto iure, quod per collusionem delatum fuit, cum
si iudici incognitum, quo circa non est necesse ut inter hos duos casus mi
liet aliqua differentia, quemadmodum male Cuiac. ca. Hac. n. l. dedu
existimat. quanto magis quia hoc expresse probatur ex d. l. si servius plurib
§. l. circa medium. Ubi Vlpianus attestatur: substitutum secundum quem pe
oratiam, ac Iudicis iniuriam contra scriptum heredem pronunciatum est
legatarijs, et creditoribus teneri, nullam aliam reddendo rationem, quam
, quia alitr, non tantum Iudicis sed etiam propriam suam turpitudinem
allegaret. Si vero contra contumacem iudicatum fuerit nulla omnino est
differentia inter creditores, et legatarios, quoniam certum est in nostro
iure hoc casu non teneri ex sententia, nisi contra illum ipsum qui liti
adesse neglexit l. si pluribus §. l. de appell. l. qui repudiantis §. 1. et seq. sup. de
inoff. test. . Si autem contra collusorie agentem pronunciatum fuerit
Discrimen constituendum erit inter creditores, et legatarios; creditori enim
non nocebit contra debitorem lata non magis, quam si debitor omnino
non respondisset l. si pupil. §. fin. h. t.: huic vero sententia contra heredem
scriptum quamvis collusorie lata nocebit legatarijs, nisi hactenus ut pu
tabitur eis appellare l. si pluribus. 18. in princip. l. a sententia. §§. l.
l. de appell. allegata scilicet et probata collusione cum alitr non eis ap
pellare licent, imputari enim posset eis cur in iudicium ipsi non ve
nirent, et testamenti causam melius defenderent, si suspectam heredi
tem habebant l. si suspecti. 29 sup. de inoff. test. d. l. si pluribus in
hac principij d. l. a, sententia §. l. vers. verum rescripsit. quod quo di
scrimen fundatur in eo quod legatorum iis pendeat ex inre testa
menti ut Papin. noster hic scribit, non autem iis creditoris, a, iure, et
dominio debitoris: causa enim pignoris nulla dominij societate con
iungitur l. l. §. cum pridem. 2 sup. h. t. l. quia pro. 7. l. debitorem. 15. d.
eod.: Tum quia sententia pro herede legitimo lata contra legitimum
contra debitorem fuit pronunciata, heres enim scriptus in isto casu erat
Legitimus contra debitor, legatariorum etenim causa, a, iure testamenti

pendet

ff. 20

prudet L. Papinianus. 8. §. ult. sup. de inoff. testam. l. Ea quam. C. de fideicom.; sicque non est eorum si pro consequutis necessariis ad se gratiis pignoris habitis: non vero sententia contra debitorem lata; debitoris enim in causa domini; et non pignoris legitimus contradictor esse dicitur cum pignoris causa nihil habeat commune cum intentione domini: qua ratione sine dubio movetur hic Papinianus, ut sententiam contra debitorem latam, etiam citra collusionem debitoris, et iniuriam judicii creditori obesse nolit. Neque prædicto obstat Ulpiani responsum in d. l. Si servus plurimum §. 1.; non enim ita accipiendum est, ut nulla sit differentia inter casum quo contra scriptum heredem tanquam contumacem pronunciatum sit, et inter casum quo contra eum agentem, sed collusorie, ut vulgo plerique existimant; verum hic est, quod neque casu legatarij nocet sententia; sed alia tamen atque alia ratione: primo enim casu ideo non nocet legatario, quia pronunciatum erat nullo legitimo contradictore intervenente l. cum non iusto. 3. §. de collus. detg. 2° autem casu ei quidem nocet, aliter enim si ei nec nocere appellare non possent l. 1. §. quæ. appellat. non recip., quod de iure ei permittitur, et ita per appellationem sententiam extinguent l. 1. §. ult. §. ad l. C. Turpill. l. fruti. 6. §. 1. sup. de his qui not. infam., quæ manifeste probantur ex §. ult. d. l. Si servus plurimum. Si tandem vero, neque per contumaciam, neque per collusionem, neque per iniuriam iudicis contra heredem scriptum pro legitimo herede iudicatum esse probetur omnino sententia legatarijs nocebit, nec ei appellare permittetur, cum vero tantummodo casu appellare ei a iure permissum sit, ut puta quo per collusionem heredis scripti contra ipsum pronunciatum probetur d. l. d. sententia §. §. 1.. Tantummodo etenim in isto casu ei permittitur causam cum scripto herede contra legitimum agere l. Elegantior. 28. §. 1. sup. de condict. indeb.

§. 1.

Per iniuriam victus apud Judicem: rem, quam pignori obligavit. Non plus habere creditor potest, quam habebat, qui pignus dedit. Ideo Summovebitur rei iudicatæ exceptione: tametsi maxime nullam prospiam qui vicit, actionem exercere possit. non enim quod debitor non habuit, sed quod in ea re quæ pignori data est debitor habuit con-

ci di ragione

concidevandum est

Ad. §. Per iniuriam. 1ᵘᵐ

Phabi Dub. creditor probare dominium rei sibi oppignoratæ conventionis tempore penes suum debitorem fuisse obtinere debet L. Et quæ nondum. 15. § quod dicitur. h. t. L. ante omnia. §. de probat. atqui in proposito hic creditor probare valet, inquit enim Papinianus: debitorem non iuisse, sed dumtaxat per iniuriam victum fuisse: non poterit igitur creditor a prosecutione per iniuriam rei iudicatæ exceptione submoveri: ea enim quæ sunt facti pro iudicato haberi non possunt L. in bello. 12. § facti autem. §. de capti. et postlim. rever. Et sententia sicut non est modus acquirendi dominij; ita nec amittendi L. Ea diversa. 35. §. 1. sup. de rei vendicat.

Decid. Res iudicata pro veritate habetur, tametsi per socios, aut per gratiam iudicatum sit vide. L. rei iudicata. 207. de regul. iur: interest enim hereditatis, et aliquis tandem sit litium finis L. Servus. 65. § cum pretor. §. ad S. C. Trebel. L. si fundus. 16. § si pluvis. h. t. L. Ea diversa. 35. §. 1. sup. de rei vendicat. Atqui hic attestatur Papinianus fortuitu per iudicem (quantumvis iniuste et per iniuriam) rem (quæ pignori data) ad debitorem non pertinere: merito igitur tali creditor si post modum egerit, a, tertium causa proprietatis victore rei exceptione repelli poterit. In tantum quod puto etiam adversus alium quemlibet alium extraneum talem creditorem adversarium pignoris agere non valere. defecit enim in eo constituendæ oppignorationis requisitum. L. Et quæ nondum. 15. § quod dicitur h. t. Sicque videtur iniuriose constitutum, et in nostro iure idem reputatur secundum rei veritatem non esse, aut sine effectu secundum eius esse L. nil interest. 112. de regul. iur. L. creditores. 10. L. creditor. 55 cum. L. debitor 106. de verb. signif. quanto magis quod exceptio rei iudicatæ a persona auctoris in successorem transit L. si a te. 9. § etsi. L. si mater. 11. § penult. §. de except. rei iudic.

L. 4. Gaius libr. singul. ad formulam hypoth.

Contrahitur hypotheca pro pactum conventum, cum quis paciscatur, ut res eius propter aliquam obligationem sint hypothecæ nomine obligatæ. nec ad rem pertinet, quibus fiat verbis: sicuti est in his

Obligati

obligationibus, quæ concensu contrahuntur. et ideo et sine scriptura si convenerit, ut hypothecæ sit, et probari poterit: res obligata erit, de qua convenerit. Fiunt enim de his de his scripturæ, ut quod actum est, postea facilius probari possit: et sine his autem valet, quod actum est, si habeat probationem: sicuti et nuptiæ sunt, licet testationes in scriptis habitæ non sint.

Ad L. contrahitur. 4.

Ratio Dub. Pignoris, hypothecæve obligatio producit actionem, et quidem realem adversus quoscunque rei pignoratæ possessores tendentem L. si fundus. 16. § in vendicatione 3. L. Pignoris. 17. h. T. cum simil.: at qui nudum pactum iure nostro actionem parere non valet vulg. L. Iurisgentium. 7. § sed cum nulla. sup. de pact. L. si dominus. 8. sup. de præscript. verb. L. legem. 10. L. cum proponas. 21. C. eod. ill. tit. Ergo pignus et hypotheca per nudum pactum constitui nequeunt

Dicendum. Tamet si iuris prætorij trita regula sit ex pacto nudo actionem non dari d. L. Iurisgentium. 7. §. sed cum nulla L. 3. L. ult. C. de rer. permutat. cum simil.; excipiuntur tn ab ista regula quædam pacta tamquam favorabiliora cæteris, interque est nudum pactum hypothecæ. Tum quia obligatio naturalis quæ ex eo proficiscitur L. 1. sup. de pact. semper est accessoria ad aliam principalem obligationem, quæ vel præcessit, vel subsequitur L. Res hypothecæ. 5. h. T. Tum et etiam ob publicam utilitatem ut scilicet inveniantur homines ad sic contrahendum cum semper plus cautionis sit in rem, quam in persona L. plus cautionis. de regul. iur. § furti actio. Inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. et fideiussores non facile inveniantur L. 2. § penult. sup. de iudic., nec bona sint præsentia. sic enim facile debitores creditores invenire solent data et tali nudo pacto actione L. si tibi. 17. § de pignore. sup. de pact.

a. quibus verbis. Ratio Dub. contractus quire, et contractus qui solo concensu perficiuntur sunt inter se diversi, ac separati L. mutuum. 2. § appellata. sup. de reb. credit. iunct. L. 1. § est autem sup. de contrah. empt. § concensu. Inst. de obligat. quæ ex concens. at qui pignus ex numero illorum contractuum quire ~~perficiuntur~~ contrahantur esse dicitur L. 1. sup. et p totum h. Tit. § ult. Inst. quib. modo re contrah. oblig. Ergo licet contractus qui solo concensu ~~perficiuntur~~ celebrantur certam verborum solemnitatem ad suam perfectionem non desiderent L. 1.

Sup. Lo

sup. horat. cum simil. non nud. scripturæ, quod in pignoratiõ con
tractu ea non sit opus; imo contrarium obtinendum videtur:
separatorum diversa, ac separata est ratio l. Papinianus. sup. de in
nov. l. fin. sup. de calumniat.

Decid. quamquam contractus qui consensu perficiuntur distinguan
tur ab his qui re celebrantur, quia illi solum consensum ad eorum
perfectionem desiderant, alijvero rei interventionem; conveniunt ta
men in hoc quod non expectent verborum solemnitatem ad su
am perfectionem; per talem enim solemnitatem sola verborum obli
gatio perficitur l. 1. §. de verb. oblig. § in hanc. 2. Inst. eod. tit;
Quod est quod Varro dicebat lib. 5. de Lingua. latin. non annum qui di
cit (spondes) obligari ex sponsio, sed tantum qui animo se obligan
di, et per verba solennia et coronas respondeat. et ab uno simili ad
aliud simile adhuc licet l. pecuniam. sup. de verb. credit. l. ad simili
tudinem. Cd. de Episcop. et Cleric. § sed inter eas. Inst. de nupt. Et non tan
tum in hoc pignoratitijs contractibus, cum contractibus qui solo consensu
celebrantur concordat; verum etiam et in eo, quod sicut illi per nuntij
um, vel Epistolam inter absentes contrahuntur l. 2. l. In quibus aliquo
§. fin. de obligat. et act. l. si non verum. 134. de regul. iur.; ita et pigno
ratitius l. Creditor. 23. §. 1. pignoris. l. hac. Insuper ad hujusmodi causæ valetudinis
scripturæ solemnitas non desideratur, ad instar scilicet aliarum; hæc enim
solemnitas in literarum tantum obligationibus ut necessaria expo
latur; in extraneis vero contractibus ad futuram rei memoriam, et ad
probationem tantum adhibetur l. 21. in fin. §. de fid. instrum. l. cum
ris. 12. Cd. de probat. Si autem hujusmodi causa ea mente, ac voluntate scri
pta fuerit, ut nisi prius eius contractus perfectus
dici posset, quam et omnino completa scriptura, et in mundum redac
ta esset. hoc casu existimo scripturam adeo esse de substantia hujusmo
di, ut ex scriptura omnino eius contractus pendeat per Justin. constat.
in l. Contractus. 17. Cd. de fid. instrum. alij etiam sunt casus in quibus scriptu
ra est de substantia actus celebrati. quos a curs. nr. a diversis viris reco
lit legit. qui etiam ab exemplo nuptiarum per gaium hic adducit me

rito

vitio mer excipit duos casus, quorum primus est, quando is qui minor petit esse constitutus libertum vxorem habere vult. in hoc enim casu dotalia instrumenta sunt necessaria per auth. sed nov vere. C. de sec. nupt., quę desumitur ex Novell. 78. vt libert. de ætat. ann. non indig. anna. Et etiam casum illum quo quis hęreditatem orbi libertę exconiuncta suscepto, quam postea vxorem duxit ex l. cum quis. 10. C. de natur. libert.

l. 5. Mandatus Lib. singul. ad formulam hypothecę.

Res hypothecę dari posse sciendum est, pro quacunque obligatione: siue mutua pecunia detur, siue dos, siue empto vel venditio contrahitur, vel etiam locatio et conductio, vel mandatum: et siue pura est obligatio, vel in diem, vel sub conditione: et siue in præsenti contractus est, siue etiam præcedat. Sed et futuræ obligationi nomine dari possunt: et non solum soluendę omnis pecuniæ causa, verum etiam de parte eius: vel pro ciuili obligatione, vel honoraria, vel tantum naturali: sed in conditionali obligatione, non aliàs obligantur nisi conditio extiterit

Ad. l. Res hypothecę. 5.

Huius tituli capitalis pœne lex est, sicque ad eam nullam dub. ratione addueemus. Et hæc capita quę in ea continentur. Cum enim fideiussores passim non inueniantur l. 2. § fin. sup. de iudic., fuere res pignora, quorum vsus est commerciorum ac contractuum frequentandorum gratia, quod per maxime reipublicę interest, cum sine commerciorum, ac contractuum libertate neque augeri, neque subsistere respublica possit l. 1. sup. de exercitat. act., vt pignus pro quocunque contractu obligari possit, siue scilicet mutua pecunia detur, siue dos, siue empto, vel venditio contrahatur, siue locatio, et conductio, siue mandatum, siue pura sit obligatio, vel in diem: vel sub conditione, siue præcedat, vel subsequatur contractum, siue præsens sit obligatio, siue futura, et non solum de integro debiti soluendi, verum etiam et de parte eius: vel pro ciuili obligatione, vel honoraria, vel naturali ad instar fideiussoris, qui in omnibus suprædicti contractibus obligari possit. § fideiussor. Inst. de fideiussor. l. 1. 2. et 4. l. stipulatus Sum. 6. § 1. et 2. et etiam 4. § 1. eod. ill. tit.

l. Pomponius

l. Pomponius. 5. §. 1. ff. hit. proxim. l. Heluidius de obligari §. Heluidius. ff. de fidei ussor. l. omnes 13 §. Item. h. t. Nil enim quod exercendi commercij et propagandi tantopere prosit; quam si contrahentes sciant se quo contrahere l. quod si minor. 24 §. 1. sup. de minor. qui Securitas ex parte pignus accipientis dicitur esse, cum plus cautionis sit in re, quam in persona l. Plus cautionis. 23. de regul. Iur. & sunt adhuc Iust. de obl. qui ex delict. nasc.

§. 1.

Inter Pignus et hypothecam tantum nominis sonus differt.

Fd. § Inter. 1.

Prato Dub. Pignus quod a pugno dicitur l. plebiscit. 238. § pignus. de verb. sign. constituitur traditione tantum l. 1. §. Creditor. ff. de obl. et act.; hypotheca vero nudo pacto l. 1. sup. de pignorat. act. Deinde Pignus propie est rei mobilis l. si rem. 9. § propie sup. tit. eod. hypotheca vero propie est rei immobilis d. §. propie § Item Seruiana. Iust. de act. Denique per pignus possessio pignoratæ rei transit in creditorem, non vero per hypothecam. l. Cum et Sotis. 38. §. 1. sup. de pignorat. act. Ego non nomine dumtaxat, verum etiam, et multis aliis modis pignus, et hypotheca inter se differunt

Decid. aliud est obligato pignoris, vel hypothecæ, et aliud est actio resultans ex supradictis obligationibus, obligato pignoris ab hypothecæ obligatione supradictis modis distinguitur; non autem actio pignoris distinguitur ab actione hypothecaria, nisi nominis sono: sicut enim ex pignoris contractu realis actio contra quoscunque possessores creditori competit l. situm dus. 16. §. in vendicatione l. pignoris. 17. h. t. sic ex nudo hypothecario pacto d. l. 1. sup. de pignorat. act. §. Item Seruiana. Iust. de act. qua propter in hoc §. causa sumitur pro suo effectu, qui modus in nostro iure pene pignus non censetur, sic enim Scipianus causam obligationis pro obligatione sumit in specie § mulier. l. cum is. 32. sup. de condict. indeb. et Paulus causam stipulationis pro ipsa stipulatione in specie l. si Scriptum. 8. sup. de condict. ob turp. caus.

§. 2.

Dare autem quis hypothecam potest, suæ pro sua obligatione, suæ pro

aliena

aliena.

Ad. §. Dare autem. 2.

Ratio Dub. Res quę debitoris non est pro eo ut pignus obligari nequit l. si rem. 9 l. aliena. 20. sup. de pignorat. act. l. 1. sup. h. t.: non potest igitur quis ut pignus dare rem suam pro aliena obligatione. Talis enim domini consensus aut voluntas, quia res quę non est debitoris non sit pro eo pignorata operari nequit: cum facta pro infecta haberi non possint l. ut bello. 12. § facti autem. ff. de captiv. et postlim. l. denique. 19. sup. ex quib. caus. major.

Dicid. Pignus et fideiussor tum eisdem iuris regulis regulantur l. 1. ff. de fideiussor. atqui quilibet potest pro aliena obligatione fideiubere l. 3. § et pass. ff. eod. tit. Ergo et etiam potest quis rem suam pro aliena obligatione pignori dare l. quamvis. 8. ut princip. l. si fideiussores. 6 cum l. seq. sup. ad. S.C. vellei. Res quę non est debitoris ultra domini consensum pro eo oppignorata esse non potest, bene vero de illius voluntate ff. l. aliena. 20. l. 1. tenebitur. 16 § alienare. 1. h. t., quam in hac specie nobis fuisse a mutiano nostro proponitur. Servandum tamen est, quod tametsi pignus et fideiussor in multis conveniant, differunt tamen in hoc: quod pignus pro ipsius domini obligatione potest oppignorari et non in tantum quod debitor rem obligatam in sui debitoris dominio fuisse tempore quo pignus contracta habetur et ut seruiana locum habere valeat probare adstringitur l. ergo non dum. 11. § quod dicitur h. t., non autem fideiussio pro eodem met quisque debet celebrari valet l. hæres a debitore. 21. § servus tuus ff. de fideiussor.

L. 6. Vlpianus Lib. 73. ad Edictum

Obligatione generali rerum, quas quis habuit, habiturusve est: ea non continue buntur, quę verisimile est quemquam specialiter obligaturum non fuisse. Vt puta supellex, item vestis relinquenda est debitori: et ex mancipijs, quę in eo usu habebat, ut certum sit, eum pignori datum non fuisse. Proinde de ministerijs eius perquam ei necessarijs, vel quę ad exercitionem eius pertinent

L. 7. Paulus Lib. 74. ad Edictum

Vel quę in vsum quotidianum habentur: seruiana non competit

L. 8. Vlpianus Lib. 73. ad Edictum

Denique Concubinam, filios naturales, alumnos comprehendi gene-

rali obli-

Obligatione non contineri et siquæ aliæ sunt huiusmodi divinatrices

Ad. ll. 6, 7, et 8.

Ratio Dub. Si debitor super lectisterniis sua rem restit, mancipia quæ in usu quotidiano habet, concubinam filios naturales (quos scilicet in seruitute susceperit, et nondum manumiserit) obligare velit, dubium non est, quin alterum vectigalium constituendum censeatur, unusquisque rei sui est moderator et arbiter, ut possit facere de eo quidquid velit l. in traditionibus. sup. de pact. l. vire mandat. C. mandat. et serui vectigalia a domino pignori dari solent l. generaliter. 29. §. quia et quib. modum. libr. nostri. l. 3. de seruit. pign. dat. manum. atque ideo supradicta omnia per generalem obligationem dare pignori visum esse censetur: verba enim generalia tanto sunt pauciora quantum generaliora, et qui totum, velomne dicit, nihil excepit aut excludit l. Iulianus respondit. 68. alias l. testatorem. in princip. §. de leg. 3. l. hoc articulo. §. de hered. instituen. l. pediculis. § talis §. de aur. et arg. leg. l. si quis. de pecul. leg. l. si cui seruo omnes. de leg. 1. Ergo in generali obligationem hypotheca concubinam seruique speciali declaratione de debitore prosequentur seruire dicendum est: Maxime cum huiusmodi seruos sub dicta generali hypotheca etiam tacite inita contineri a Paulo responsum videatur in l. Est differentia. 9. §. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah.

Decid. Verba omnia quantumuis generalia ciuiliter sunt intelligenda; itaut neque absurdi, neque iniqui quicquam sequatur Recuperator. 6. § celsus ait. sup. de condict. indeb. l. creditor. 6. § ult. sup. mandat.: iniquum enim esset ut talia verba plus damni adferrent, quam conuentio l. si cui semplicis. 9. sup. de seruit. l. Attin. §. ad. S.C. Trebell. l. quo enim. 12. § Iulianus §. rem rat. hab. l. quod dicitur. 105. §. de solut.; cum sæpe responsum sit in contractibus quid actum, aut quid gestum sit, potius quam quid dictum, aut scriptum est attendendum esse l. semper in stipulationibus. 34. de regul. iur. l. emptione. 3. §. plus valet. quod ag. ne actus scilicet contra intentionem agentium operetur quod una valde aduertent vulg. l. non omnis. 9. sup. de reb. credit.: atqui nec est præsumendum quemquam ibi futurum,

ac sibi

ac sit tutum esse vt generali obligatione velle super lectilia sua, aut vestem propriam, aut mancipia specialiter detecta, quibus carere sine magno incommodo, et dolori sensu non possit, cum nec ea specialiter aliquem obligaturum esse Scaevola est tenendum. Ego in dubiis dicendum est ea sub generali bonorum hypotheca non venire. quę enim pro sumpsio onus probandi in adversarium transmittit. l. ult. in princip. sup. quod met. caus. huic dicitur in generali mandato non contineri vt mandatarius delo malo aliquid faciat. ff. l. si procurator. 6. §. celsus sup. de condict. indeb. l. creditor. 60. §. ult. sup. mandat. Huic etiam dicitur concessa generali prędij administratione durasse ea concessa videri, quę specialiter concedens esset promissurus l. qui prędij. §. 6. sup. de pecul. quę mancipia necessaria et detecta sub generali hypothecę facta non veniunt, cum sub expressa generali non comprehendantur vt hic dicitur, bene vero reliqua mancipia ff. l. est differentia §. sup. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contr.

l. g. Caius lib. 10. ad Edictum Provinciale.

Sed quod ad eas res, quas eo tempore, quo pignori traderet, in bonis habuit, idem observari debuit.

ff. d. leg. sedet quod. §.

Ratio Dub. quare superfluum omne vel dicendum venit l. 2 §. quibus ff. de novo. cod. l. 4. et qui admitt. ad bonor. possess. l. hęc stipulatio. §. divi vt hoc. nom. cav. atqui valde superfluum est supradictis locis adjecti. statuta de dispositi in eis habere etiam locum in his rebus (illius tamen conditionis de qua supra) quę conventionis tempore in debitoris bonis erant, admissa enim bonorum futurorum hypotheca quantum ad efficaciam oppignorationis attinet distinguendum non est an scilicet bona sint presentia, an vero futura: omnium etenim eadem est ratio l. 1. sup. 6. ff. l. et quę nondum. 15. §. quod dicitur cod. l. ult. §. qui postea in pign. hab. inepta ac superflua est nostri Cuiacii elucubratio

Decid. Id quod ad majorem dubitationem dilucidandam ad hibitum est superfluum dici nequit l. 1. §. cum prędium. 2. sibi. ff. atqui in proposito nos majorem dubitandi occasio esse videatur inter bona presentia, quam circa futura, cum enim bona futura nondum aequisita debitori sint non tam debitori imputari possit cur ea ista generali obligatione non exceperit ea quę sub tali

tali hÿpotheca comprehendi nolui, quam cum bona presentia ut
pro inde contra eum facienda sit interpretatio ex l. veteribus 38. sup. d
past. l. Labeo 21. sup. de contrah. empt.: necessarium igitur admodum
fuit per Cæsarem talem tolli dubitationem qui prorsus debuit adhiberi pro
pendendum, ex vltris, et vltroneis presumptione mobilis fuit

§. 1.

Quod Emptionem venditionemque recepit, etiam pignorationem po
test recipere

Ad. §. quod. 1.

Ratio Dub. Res aliena citra illius domini consensum pignorari non va
let l. si rem. 9. l. aliena. 20. sup. de pignorat. act., nisi sub conditione
si debitor fuerit l. si fundus. 16. §. aliena. h. t. atqui res aliena utiliter
ac recte a non domino venditori vely. l. Rem alienam. 28. sup. de contra
hen. empt.: non igitur absolute est verum ea que emptionem, et vendi
tionem recipiunt, et pignorationem recipere posse tum etiam pigno
ratitius, et Emptionis contractus sunt inter se separati, ac diversi: non
enim per pignoratitium (licet a pignoris domino celebretur) dominium
rei pignorate in creditorem transfertur l. cum et solutis. 35. §. 1. sup. de pig
norat. act. sunt per Emptionis, et venditionis contractum l. penult. §. ultim
sup. de contrah. empt. Deide per pignoratitium ut ipsa sola obligatur,
non autem contrahens persona afficitur d. l. si fundus. 16. §. in vendi
catione l. Pignoris. 17. h. t. l. pignoris. 15. C. de pact. quod contrarium ex dia
metro in emptionis, et venditionis contractu observatur l. si ita. 25. §. 1.
sup. de contrah. empt. l. si quis rem alienam. 46. sup. de act. empt. l. con
tractu. 17. C. de fide instrum. non igitur ab emptionis contractu ad pigno
ratitium agere licet: separatorum non eadem, sed potius diversa ra
tio esse solet l. Papinianus. sup. de minor. l. fin. sup. de calumni.
Deeid. Cum ista pignoris utilitas in emptione consistat l. quamdiu. 6.
et tot. tit. C. de distract. pign.: ad aliud enim non constituitur pignus
, nisi ut caueatur sit creditori pecuniæ debitæ nomine ad eam conse
quendam missio etiam debitore, si cesset ille in solutione l. si mandatu.
59. sup. mandat. l. 4. §. addit. D. l. de fidei com. Libertat., et ex corpore
obligato non possit elici pecunia l. cogi. 16. §. unde quæritur. l. ad. S. C.
Trebell., cum pecunia non exeat, sed ex negociatione peniginatur

l. venditor.

l. venditor. 21. §. de hæredit. vel act. vendit.: merito igitur Caius noster hic attestatur: Ea quæ vendi non possunt oppignorari non valere; dictum enim Caii non affirmative, sed potius negative intelligendum esse existimo, qua ratione in l. ultim. C. de reb. alien. non alien. scancitum est alienatione bonorum generaliter prohibita illorum oppignorationem interdictam censeri

L. 10. Ulpianus lib. 73. ad Edictum

Si debitor res suas duobus simul pignori obligavit; ita ut utique in solidum obligatæ essent: singuli in solidum adversus extraneos serviana utentur: inter ipsos autem si questio moveatur, possidentis melior est conditio. dabitur enim possidenti hæc exceptio, si non convenit, ut eadem res mihi quoque pignori esset. Si autem id actum fuerit, ut pro partibus res obligarentur: utrisem actionem competere, et inter ipsos, et adversus extraneos, per quam dimidiam partem possessionis adprehendant singuli in confesso est

Ad. l. si debitor. 10.

Ratio Dub. Inter pignoratitios creditores is qui prior est tempore potior est iure l. potior. 11. cum simil. §. qui potior. in pign. hab.. at qui sive simul, sive separatim res duobus vel pluribus sit oppignorata semper unus ex creditoribus cæteris prior est tempore neque enim nominari simul omnes possunt. Ergo iste qui prior nominatus est cæteris præferri debet, non autem communem causam cum illis habere l. si quis habens. 24. §. qui et a quib. manum. l. quoties. 34. sup. de usufr. l. qui solvendo. 60 §. de hæred. Instit. l. generaliter. 24. § quidergo si pluris §. de fideicom. libertat.

Decid si res duobus, vel pluribus simul obligata est æqualis omnium causa censetur l. aliena. 20. §. si pluribus sup. de pignorat. act., et in solidum si ita fuerit conventum l. si fundus. 16. § pariter. 8. h. t. ubi ex professo: non enim minus duo pluresve per pignoratitium contractum correi credendi fieri possunt, quam per alium quemlibet contractum l. eandem. 9. §. de duob. reis.. at qui hic ab Ulpiano proponitur res duobus creditoribus cum pacto de singulis in solidum obligandis fuisse pignori datas. Ergo cuilibet ex creditoribus obligatæ in solidum censeri debent: Pacta enim inter contrahentes conventa esse servanda sæpe a Juris cons. responsum extitit l. 1. sup. de pact. l. 1. sup. de constitut. pecun. nec id quod quod in conventione unius prius alio nominatus sit meliorem eius

causam

causam facere valet §. 1. Inst. de duob. rei. stipul. quoniam in convincti 41
onibus ordo nullus est l. quidam. 14 §. de pecul. leg.

Serviana utentur. Ratio Dub. quoties res quae duobus pluribusve in solidum obligata fuerat ad extraneos pervenit, Salvianum interdictum, sive directum sive utile creditoribus competit ut Julianus scriptum reliquit in l. 1. §. si colonus §. de salv. interdict. At qui hic ab Ulpiano proponitur, res quae duobus in solidum obligatae erant ad tertios possessores pervenisse: non igitur Serviana directa, sed potius dicto Salviano interdicto a dictis possessoribus per creditores recuperandae erant. Decid. Serviana actio competit creditori ad rem pignoratam recuperandam si ad extraneum pervenerit, vel si alio modo possessionem eius emiserit l. Pignoris. 17. l. si fundus. 16. § in vendicatione h. t. l. Tutor. §. contrariam. l. si creditor. 28. sup. de pignorat. act. merito igitur in proposito singulos creditores Serviana in solidum adversus extraneos possessores usuros esse ab Ulpiano responsum extitit: cuilibet enim ex credendi correis actio in solidum adversus suos debitores competit. l. cum duo. 2. §. de duob. reis. sed tamen non parva difficultas remanet in Juliano cum Ulpiano nostro conciliando. Doctissimus vir Jacob. Cuiat. lib. 5. observat. cap. 24. existimat se agnoscere Tribonianum manum in d. l. 1. §. 1. de salv. interdic., quasi Julianus scripsisset quidem in priore specie et Servianam actionem competere, et interdictum Salvianum: Tribonianus vero Servianae mentionem sustulerit, et Salviani retinuerit, cum eam leg. poneret sub titulo de interdict.. Sed minus recte sane; non enim iura nostra patiuntur ut adversus extraneum possessorem. Nec magis illo casu quo convenit, ut res in fundum communem inductae utrique domino obligatae essent, quam eo quo convenisset, ut singulis pro partibus obligerentur l. 1. C. de praecar. et salv. interdic.. accedit quia non est credibile praetermissurum fuisse Ulpianum mentionem Salviani interdicti cum Juliani sententiam licet supresso illius nomine referret si posset in hoc casu cum Serviana concurrere, et de illo reddendo Julianus aliquid scripsisset. Potuit sane Tribonianus, et debuit generaliorem facere sententiam Ulpiani in h. n. l. quam fuisset Juliani in d. l. 1. §. 1., ut suis titulis leges convenirent. Ob eam causam ad debitorem accommodare quemlibet quod Julianus scripserat de colono: latius enim patet nomen debitoris quam eius qui tantum ex conductionis causa debitor est l. creditor. 10. cum 2. ll. seqq. de verb. signif. Sed non debuerat eam rem facere ut apud Ulpianum delenda esset mentio Salviani interdicti, cum appellatione debitoris de qua in praesenti Ulpianus tractat colonus etiam contineatur: debitor enim est

quisquis

quisquis ex quacunque causa aliquid debet, sive et creditori ille cui ex quacunque causa debetur. d. l. creditores. 10. cum seqq. l. conditionales. 38. eam. seq. de verb. signif. non videtur per cuniculum adducta conciliatio ejus rei nisi videri possit, sed potius aliunde est quaerenda. Dicendum est verba illa vi §. 1. l. 1. §. de Salvia. interdict. posita reputa (Salviano interdicto vocabulo exprimentur) summi deberi pro utili actione Serviana sic enim. d. §. 1. nec hoc nostra lex nec Gordiani rescriptum vi d. l. 1. C. de precario reprobabunt. nec tamquam verum in nostro iure reputatur quod interdicta sub actionibus comprehendantur l. actionis. 31. §. de act. et oblig. praesertim hodie cum utiles actiones in interdictorum locum subrogatae sint §. ult. Inst. de interdict.

B. Inter ipsos autem. Pignoris vindicatio cum reali actio appellatur. l. Pignoris. 17. cum simil. contra quemcunque rei pignoratae possessorem competit. d. l. Si fundus. 66. §. vi vindicatione. 3. h. t. quidni ergo vi casu nostro contra creditorem possidentem non competat? et si vindicetur; cur agenti creditori, potius quam possidenti melior causa esse non debet? non ne ex actione rite instituta sequi debet condemnatio? l. 1. §. de rei vindicat. maxime cum exceptione illa: si non convenerit ut eadem res mihi quoque pignori esset creditor possidens aduersari non valeat; haec enim exceptio adversus Servianam recte institutam nullas vires habere videtur l. creditor. 12. §. qui potior. vel pign. hab.

Decid. Inter pignoratitios creditores is obtinere debet cujus causa erit potior l. potior. 11. cum simil. §. qui potior hab. et h. n. l. atqui in pari causa potior est condictus, et causa possidentis l. penult. sup. de condict. ob turp. caus. dat. l. 2. C. eod. l. in pari causa. 128. de reg. jur. l. 15 qui detinuit sup. de rei vindicat. l. fin. C. eod. tit, cum eo ipso quo possidet plus juris habere videatur l. 2. §. ult. possidet. §. proinde, et §. commodum. Inst. de interdict. merito igitur ab Scaevola responsum est interveditores habentes easdem res simul, et in solidum oppignoratas possidentis meliorem conditionem esse debere, nonquia actor Servianae actione agat, cum petat ei quidem Serviana etiam in solidum, d. l. cum duo. §. de dub. reis, sed quia ipsa actio per dictam exceptionem: si non convenerit ut eadem res mihi quoque pignori esset eludatur; quae exceptio nisi per replicationem prioritatis tempore non infirmatur d. l. creditor. 12. §. qui potior. vel pign. hab.

C. Sin autem eo actum fuerit. Pacta quae contra Leges, et plebi scita inita sunt nulli sunt roboris ac momenti vide l. Juris gentium. 7. qui potior sup. de pact. cum simil. atqui pactum quo convenit ut pignus pro parte debiti sit obligatum Legi adversatur; Pignoris enim causa individua est l. Rem hypothecariam. 65. l. de evict. atque individuum

indiuiduum est vt parte diuidi nequit l. stipulationum. 2. §. Et hanc omnium. ff. de verb obligat: non est igitur solidum pactum vt pro parte res obligentur, sed eo tanquam inutile non attento l. 1. §. de cond. insert. l. scribit. 3. §. de cond. et demonstrat. § Impossibili Inst. de hered. Instit. Dicendum est vt solidum singuli creditoris res obligatas esse: hec enim est natura rerum indiuiduarum vt is qui in parte aliquius ex illis eis habet supra eam totam eis habere videatur l. illud. 46. §. de ritu nupt. l. inquiris. 66. §. duorum. §. de leg. 2. nisi. l. Seruus de electione. 6. §. 1. et ff. de leg. 1. Decid. conuentiones contra rem tam vt contra obligationem facientes l. 1. §. l. Si pignoris. 7. §. ait prætor et §. quamuis sup. de pact. l. 1. sup. de constitut. pecun. l. quoties. 80. l. sicta stipulatus. 126. § Cui legatum vers. plane. de verb. oblig. l. quoties. 12. de reb. dub. atqui hic inter contrahentes conuentum erat vt singuli creditoribus pro parte solummodo res essent oppignorate, q. e. vnusquisque ex creditoribus pro parte duntaxat, et aduersus alium creditorem, et hoc casu aduersus tertios possessores experiri potuerit: hec talis pactio legitimo retinenda videtur, quia licet pignoris constituendi causa sit indiuiduo, non est tamen pignoris constituendi, quia ratione placuit, et pro parte debiti, etiam parte rei quæ obligatur pignus recte constitui posse l. Res hypothecæ. 5. sup. h. t. Sed autem non apparet quid actum sit, an pro ciuili parte singulis creditoribus pignus sit obligatum, an vero vti solidum vt l. si fundg. 16. § si duo pariter h. t. de quo dicere videbimus

l. 11. Marcianus lib. singul. ad formul. hypothecar.

Si is qui bona reipublicæ vice administrat, mutuam pecuniam pro ea accipiat: potest rem eius obligare

ff. l. si is qui. 10.

Quod dub. Procuratori, et administratori prouinciæ eandem reipublicæ vicem putantur l. 1. sup. de procurat: atqui procuratori tamen si supra omnibus ei sit constitutus non potest res domini sui pignori dari l. solutum. 11. §. sed si procuratori. vt sup. de pignorat. act: Prohibita enim alicui rerum alienatione, qui dicto procuratori easdem pignori dedit priuata existimatur l. ult. ff. de reb. alienat. non potuit. id est. Reipublicæ administrator, licet omnia eius bona administret mutuam pecuniam pro ea accipiendo rem eius obligare

Decid. Syndicus, vel administrator ciuitatis, qui mutuam pecuniam nomine ciuitatis accipiendo bona eius obligauit, vel cum libera, et generali administratione fuit constitutus, vel ad hoc speciale mandatum a sua republica habuit quorum omnium determinorum habilitatem supponendum est, qui semper supposuerunt

venerit

44 prendi veniunt etiam si verba non sufficiant, dummodo nec repugnent
l. 1. §. fin. ff. ad S.C. Tertull. l. adigere. 6. §. quamvis. de interpellat. j. Arg. huius
tui non potest qui procurator speciale mandatum ad pignus habens
vel libram et generalem administrationem bonorum rem sui principalis
pignori dare valeat l. l. Illud. 11. §. sed si procurator. vt. sup. de pignorat.
act. sicut et debitum exigere, et novare, et aliud pro alio permutare. procurator cui gen. valet. 58. cum legg. sup. de procurat.: nobis curiæ nihil
ab administratore civitatis debita bonorum hypotheca constitui potest. quia
nullo recepti est vt ad hoc speciale mandatum habeat, vel cum libra et ge-
nerali administratione constitutus reputetur; nam cum præsupponatur quam
humanis factis (ait) a marciano rerum universorum bonorum Reipublicæ esse ad-
ministratorem, oratio enim indefinita æquipollet universali l. si servitg. 22.
sup. de servit. urb. præd. l. si ita relictum l. pluribus. 88. ff. de leg. 2. l. si plures
§. 8. de leg. 3.) et ex alia parte (licent civitatis personæ mutuas pecunias accipere l. civitat. 27. sup. de rebus credit. etiam pig-
noribus datis tanquam antecedens necessarium. l. ad rem mobilem. §. 9. l. cui
legatum. 62. sup. de procurat. talis consuetudo debito administratori nullo
alio requisito istam potestatem tribuere debet. Is enim qui universorum
bonorum procurator constitutus est ab eodem qui sub pignoribus solet mutuas
pecunias accipere. obligandi bona sui principalis potestatem habet. l. vel
universorum. 12. sup. de pignorat. act. quoniam non consuetudo hujus-
modi principalis solet attendi sicut in multis aliis vt nobis accurs. nid. l. vel universi
rum. 12. notat ex l. 3. C. de Episcopal. aud. l. fin. §. quod cum eo. l. Pam
fi. 7. alias l. sed Julianus. §. quod dicitur. sup. de S.C. maced. l. qui semisses. 45.
§. item. ff. de stat. liber. l. heredes palam. 21. §. l. ff. qui testam. fac. poss. l. cum servus
ita. 82. in fin. de condit. et demonstrat. quæ tamen ita vera sunt si aliæ
debitores civitatis visitatem pecuniam versam esse probetur, secus
et in aliis personis obtinet vt nobis admonenti accurs. ex l. curator. §.
fi. vers. alter. pign. dat. sit., et ex auth. hoc ius porrectum in fin. C. de sa
cro sanct. Eccles., et quomodo hoc fiat tradunt a Bartol. nid. l. civitat.
27. sup. de rebus cred.

Si autem §. 1.
huius §. fuerit sit, et infundum, aut in edes alicujus
inducatur: eousque retinet possessionem pignoris loco, donec illi
pecunia solvatur, cum in usuras fructus percipiat, aut locando
aut ipse percipiendo, habitandoque. Itaque si amiserit possessionem

solet

solet in tractatum actione vbi

ff. d. §. si autē vnus ff

Accurs. et Bartol. valde decipiuntur in intelligenda dicta ista autē vnus ff; pro antichresi enim quam hic greca dictio significat antichresim accipiunt hicque vltimum punctum §. de pignorio pignore intelligunt, in quo sane dubio de nullo alio, quam de conventionali (antichresis enim martianus tractat, idest de pignoris contractu ita celebrato, vt creditor in vicem vsurarum mutuum pignori vsum habeat autē vnus ff enim nil aliud est quam contra fructus, de quo pignoris sive contractu ita celebrato martianus etiam loquitur in l. si pecuniam. ff. sup. de pignorat. act.. Pacta Pacti Deb. Pacta quæ legibus, senatusve consultis adversantur nullius sunt momenti vlp. l. Iuri gentium. 7. §. aut prætor sup. de pact. cum simil.: Atqui pactum quod creditor omnes fructus rei pignoratæ lucretur, et nullos in sortem sibi debitam imputare teneatur sortibus est onerosum: Creditor enim non debet ex re pignorata lucrum aliquod facere, vt nec tutor ex tutela l. qui negotiationem 18. vi tut. princip. ff. de administr. Tutor, nec procurator abusive mandatis vltra ex mandato l. qui prepid. 56. § procurator. sup. de procurat. l. Idemque. 10. §. si procurator. sup. mandat. l. si pignore. 51. §. 1. ff. de furt., cum pignus ei detur vt de debito suo cautum habeat, non vt inde lucri occasionem capiat, sicque fructus etiam bona fide ab eo consumpti in sortem imputare cogitur l. 1. 2. et 3. et pass. C. de pignorat. act.: Ergo antichretico pacto tanquam inutili non attento l. 1. §. de contrah. Institut. l. sicuti. 3. §. de contrah. et committend. dicendum est creditorem quidem re pignorata, aut eam locando, habitandove fructus ex quanto quantitatem sibi debiti soluti, et illius vsurarum percepit eam rem cum superfluis fructibus debitori pignoratitia actione restituere teneri; nec illa retentione adversus eum se adiuvari posse: creditor enim si quolibet modo soluto debito pignoratam rem debitori suo restituere compellitur vlp. l. si rem. 9. §. omnis pecunia. sup. de pignorat. act. l. ore ge 13 § etiam h. t.. accedit quod permissio, ac etiam stipulatio in legitimarum vsurarum fraudem interposita pro non adjecta habentur l. Pecuniæ. 9. l. Plauti. 28. ff. de vsur.; non enim omnes stipulationes

aut in

aut uis cinile, aut prætor natas habet, sed similiter eas tantum quæ nec herily, nec monly aduersantur l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb oblig. l. ex eo ff. et pass. ff. de inutil. stipulat. at facile euenire potest vt fructus ex re pignorata percepti duplum sorti excedant debitori debiti cuedant ob usurarum pretij pro noui dati, et ob minutam pecuniæ credit, et per consequens legitimos usuras l. si non solu. ff. 26. § supra dupluum. l. sup. de condict. indeb. quos nigore dicti pacti antichreticus creditor lucreturl: validum igitur tanquam pactum ante legitimarum usurarum modum excedendi de illum pactum esse non debet, sed potius pro non adiecto habendum. ff. l. pecuniæ. 9. l. Flamin. 28. ff. de usur.

Decid. nil tam naturale est, quam ea quæ inter contrahentes placuerit seruare l. 1. sup. de pact. l. 1. sup. de constitut. pecun., et pacta inter contrahentes conuenta, dummodo licita sint, legibusque non repugnent prætor se seruaturum polliceturl ff. l. iuris gentium. 7. §. ait prætor. sup. de pact. Sed pactum antichreseos non est contra leges, imo ab eis approbatur, vt hic et vid. ff. l. si pecuniam. 33. sup. de pignorat. act., et vid. l. si ea pactione. 11. ibi non ideo tñ illicitum fuit esse compactum et vid. l. si ea lege. 12. ibi resundi placita non possunt ff. de usur. validum igitur ac primum antichreticum pactum esse debet. quæ propter mirandum non est si creditor esse licet ex pignoris fructibus quantitatem excedentem, sortem sibi debitam, et illius usuras percepit nec omnino pignoris retentionem habere dicatur (quantumvis in extremis creditoribus aliud decernatur l. 1. et 2. ff. de pignorat. act.) ; quoniam verum est debitam quantitatem solutam adhuc non esse, at pignoris obligati possidenti retentionem parit: l. 2. sup. h. t. quam etiam chirographaria producit l. vnic. ff. de chirograph. pecun. pig. remi. poss. Nec valet si replices: dictum pactum primus esse personale, quam reale, cum conuentio vt qui ex alterius fundo fructus percipiat personalis appellata dicatur in l. Titius. 81. §. Lucius Titius. 1. sup. de contrah. empt., siquæ retentionem producere non valere, cum obligatio personalis rem supra quæ est constituta non sequatur l. 1. §. si vigesimo. ff. ad S. C. Trebell. l. Erit alienum. 15. ff. de donat. sed tantummodo personam obligatam, eiusve vniuersalem successorem. l. 1. §. sequitur ff. si is qui testamento liber esse iussus. vendit l. hæreditas. 50. sup. de petit. hæredit. Nam cum

conuentum

conventum sit de hereditate quidq; ex ea, et determinato tempore (pri
orato nempe) percipiendis, realis, et non personalis dicitur conventio l.
debitor. 39. §. 1. sup. de contrah. empt. l. cum actor. 5. §. de trit. inv. et l.
Lucat. quanto magis quod ex eo retentio creditori ipsi, non solum vigo
re dicti pacti competit, verum etiam ex ipsius communi dispositione quo
adusque scilicet precunia debita ei soluta sit l. ex quidam §. ult. ff. de usur.
. Nec tandem antichreticum pactum in fraudem legitimarum usurarum
adhiberi esse videri potest propter incertum pretium fructuum, qui ali
quando sunt pluris, et aliquando minoris quemadmodum Imp. Philip-
pus recte rescripsit in d. l. sicca lege. ff., et in l. Leo. 23. ff. de usur.
a. Itaque si amiserit. Pariter dub. actio in fructum vel subsidiaria ejusmodi
non aliis actionibus deficientibus dumtaxat solet concedi l. quoties. 21. sup.
de pign. act. verb.: subsidiaria enim actio ideo talis appellatur, quasi ul-
timum præsidium, et subsidium sit. §. sicuti autem. §. sup. de satisdat.
tutor. atqui creditori pignoratitiæ ad rem pignoratam recuperandam
ordinaria actio serviana utpote competit l. si creditor. 28. sup. de pignorat.
act. l. si fundus. 20. §. in vindicatione. ff. Non poterit igitur antichreti
cus creditor ad possessionem antichreseos pignoris recuperandam actione
in factum experiri; quippe enim ipse vere pignoratitius creditor sit ne-
que requirimus. d. l. si precuniam. 33. sup. de pignorat. act.
Deinde. nihil refert in quo eorumque casu plures actiones competere, et
diligendi arbitrium actori habeat, qua potius actione experiri malit. quod
in hujusmodi. §. §. 1. sup. de rei vind. act. l. cum filius. 76. §. varijs. §. de leg. 2. Est
autem aliquando commodius una agere quam alia, pro diversitate pos-
sessorum, et extremorum ut pignoratitii vocant in unaquaque actione po
sitorum §. extremum. Inst. quod cum eo.: poterit igitur in proposito pig-
noris nomine actio competere, non quia sit subsidiaria, sed quia nihil
vetat eam simul cum alia actione concurrere l. 2. ff. de pact. inter
emptor., et rectius est ea agere, quoties minima in incerto hypotheca ana alia
competit, propter periculum quod subest male electæ actionis l. si gratui
tum. 17. l. titius. 24. sup. de præscript. verb.: quod periculum permanere
videtur in casu nostro non enim pro antichreti recuperanda hypotheca
ulla actio competere potest, licet posse primo intuitu videatur; quatenus
antichresis pignus sit, hypotheca tamen numquam esse potest: Possessionem
rei hypothecatæ numquam in creditorem transit l. cum et Scævola. 31. §. 1.

sup.

sup. de pign. act. et antichresi aliter constitui non potest quam ut dicit in realem rei pignoratæ possessionem inducatur, ut in quibus verba Adriani suprema est. Observandum tñ restat actionem ei factum in quibus seruianę actioni vtilem assumere: adhibenda enim præscriptis præscriptis verbis quoties cum alia actione concurrit, induit effectum illius nominatæ actionis quę competebat d. l. Lucius. 24. l. eum qui. co. §. 1. sup. de præscript. verb.

§. 2.

Vsusfructus an possit pignori hypothecęve dari, quæritur est. Et scribit Papinianus libro undecimo responsorum: huic domino proprietatis conuenit, huic ille qui vsum fructum habet: tenendum creditorem. Et si velit cum creditore proprietarius agere, non esse ei vtilem in rem se, tali exceptione eum prętor tuetur, si non inter creditorem et eum ad quem vsusfructus pertinet, conuenit, vt fructus pignori sit. Nam cum et emptorem vsusfructus tuetur Prętor: cur non et creditorem tuebitur? eadem ratione, et debitori obijcietur exceptio.

Ad. §. Vsusfructus. 2.

Rabi Dub. neque vsusfructus causalis, neque formalis potest a domino proprietatis per se pignori dari; non quidem causalis, quia cum domini proprietatis pars quędam sit a proprietate separationem recipit quamdiu causalis est, nisi cum id agitur, et ex causali fiat formalis l. cum argentum § penult. l. si alij fundum. 19. ff. de vsufr. leg. at. l. recte dicimus. 25. de verb. sig. Deinde non quidem formalis rei cum alicui pignus constitui non valet vlo. l. si rem. 9. l. aliena. 20. sup. de pignorat. act. l. Et quę vendem. 15. §. quod dicitur. h. t. et vsum fructum formalem ad proprietatis dominum vtpote domini pertinere non posse recte ab Vlpiano responsum extat vi l. stipulationi. 5. sup. si vsufr. petat, nemini enim potest res sua seruire l. in re communi. 26. sup. de seruitut. vrban. prædior. l. communi fundo. 78. in principio. ff. de iur. dot. Inutilis est igitur pignori vsusfructus constituto a proprietatis domino facta.

Decid. Ea quę venditionem recipiunt recte oppignorari possunt l. sed et quod. 9. §. 1. h. t. atqui vsusfructus formalis a domino proprietatis extraneo venditi, cędi, et hypę potest l. omnium. 3. sup. de vsufr. l. generali. 32. in principio sup. l. cum ita. 41. ff. de vsufr. hy. l. quod non prodest. 63. sup. de vsufr. l. seruitus.

Et decidit

cod. ill. tit. l. 22 pact. s. §. 1. sup. quib. mod. usufr. vel us. amit. Quid ni
enim dominus plenæ proprietatis usufructum formalem pignori dare
non potuit? quemadmodum rationabiliter hic marcianus dicendo: si cuy
torem usufructus pactus fuerit cui non habebit et creditorem. Verum ta
men est quod per venditionem usufructus formalis constituitur, cum
per talem venditionem fiat separatio usufructus ab ipsa proprietate qui
dum fructum formalem constituat; ita enim talis usufructus per abstrac
tionem et separationem a proprietate, ut apud Logicos universalia per ab
stractionem ab individuis; per oppignorationem vero cum nulla fiat a pro
prietate separatio (nil enim penitus rei pignoratæ in creditorem transfertur
l. cum et Satis. 35. §. 1. sup. de pignorat. act. l. pignus. 9. Cod. eod. tit.) sed solum
in creditorem transfertur (ut recte notat Bartol.) facultas et commoditas
utendi et fruendi (quæ non distribuitur reali, sed dumtaxat rationis (quam
philosophi dicamus) ab usufructu formali secernitur). Item nisi distrahen
di usumfructum una communi omnium creditorum per quam depositio
num et usufructus formalis constituitur et in emptorem transfertur,
ad instar pignoris proprietatis, quæ tamen si creditori non sit, si tamen ab eo
creditore una distrahitur in emptorem dicitur transferri l. nonest nos
trum. 46. §. de acquir. rer. domin. § contra autem creditor. Inst. quib. alien.
Licet vel non

a, Sive ille qui solum. Bartol. Dub. Non valet pignus quod a domino datum
est, nisi ex domini voluntate datum esse proprietur. l. 6. Si non. 9. d. l. aliena
20. sup. de pignorat. act. Et. hic. Cod. Si res alie. pign. dat. sit. atqui qui dum
taxat usumfructum habet, dominus non est; recte enim dicimus eam
rem suam nostram esse cuius usufructus alienus est l. recte dicimus. 15.
de verb. signif., et alienam cuius usumfructum solum habemus §. 1.
in fin. et § est autem. 2. in fin. Inst. de rerd. Institut. pignus igitur ab usu
fructuario constitutum non valet

Deinde. Fructus rei est pignori dari licere. l. Et. §. de usur. atqui omnes fruc
tus illius rei in qua usufructus formalis constitutus est ad fructuarium per
tinent l. Usufructu legato 51. sup. de usufr. et Et. d. tit. l. impubis. 66 l. cum
filius. 76 §. dominus. §. de leg. 2. poterit igitur pignus usufructus ab usu
fructuario constitui, licet cum proprietatis dominus non sit, usufructus

tamen

pp. lib. 20

Usufructus tamen rerum domino esse censetur, cum illius rei vindicationem habeat l. 2. et 3. sup. si Usufruct. petat: quæ solum rem domino vindicari facit vulgi. in rem. 23. sup. de rei vindicat. quia propter jus utendi et fruendi per proprietarium creditori prohibitum potest ipse creditor exceptione ista: si non inter creditorem, et eum ad quem usus fructus pertinet, et usufructus pignori datus fuerit; ad instar illius rei pignoratæ in pignus datum extitit l. grege. 13. § cum pignus. ff. et l. 1. et 2. C. si pign. pign. dat. sit, et adversus usufructuarium usufructum vendicantem exceptione pacti, adeoque dolli se defendet, de quo cum, et infra dicetur debitor resistendo quod creditor pignore abundanter datus fruatur et inquit Paulus in l. Rem alienam. ff. sup. de pignorat. act. Ex dictis patet quam valde deceptus fuerit Accurs. qui inde existimat posse usumfructum ab usufructuario pignori dari, quia usufructuarius sit dominus. Usumfructus enim cum fructus dicitur pars dominij non autem formalis. d. l. recte dicimus l. 15. ff. de verb. signif. cum usufructus formalis non in parte, sed in jure consistat d. l. mevius. 66. § fundo. d. l. cum filius. 16. § denique. ff. de leg. 2. l. si a reo. 10. § si reo. ff. de rebus auct. qui autem dicimus de usufructuario ad suarium non extendunter, quia licet eidem modus modus seu constituatur, ac dicitur quibus usufructus. § 1. Inst. de usu et habitat. tamen eo modus usus servitus personalis dicitur, et nec in eo reo in suarij vertere possit, nec ab suario vendi, nec alienari l. sed neque. 8. l. usus aquæ. sup. de usu et habit. sunt usufructus

§. 3.

Jura prædiorum urbanorum pignori dari non possunt: quibus nec convenire possunt ut hypothecæ sint

l. 12. Paulus Lib. 68. ad Edictum.

Sed an viæ, itineris, actus, aquæductus pignori conventio locum habeat, videndum esse Pomponius ait, ut tali pacto fiat, ut quamdiu pecunia soluta non sit, his servitutibus creditor utatur, scilicet si vicinus fundum habeat: et si intra diem certum pecunia soluta non sit, vendere eas vicino liceat. quæ sententia propter utilitatem contrahentium recepta est.

Ad. §. uiæ. l.

Jurisconsulte sane dubitanti mihi explicandum accurrit; videlicet an omnimoda diversitatis rationem aut rusticas servitutes, ex equitate, ac propter utilitatem commercium (non autem virili subtilitate attento ut infra docebitur) pignori posse dari permissum sit, et ab eo fatuis hoc interdictum. quod certe prestantiorem Interpretum maniam torquet: Bartol. namque cum suis sequacibus ex eo oriri existimat, quod servitutes urbanæ sunt perpetuæ, non autem rusticæ, quasi scilicet perpetuitas illa impediat earum oppignorationem, ne civis jus virili affirmetur, cum tunc creditor pro suo arbitrio extinguere servitutem minimam et deformitatem urbis posset, quod maxime prospicit est prospiciendum. l. ult. §. ne quid in loco publ. Sed non videtur pati esse domino prædij dominantis urbani, servitutes suo prædio debitas pro suo arbitrio non esse permissum, quod tamen ei hoc a civili ratione vindicatur l. si domus 21. sup. de servit. urban. prad. l. si pillicium 8. sup. quemadm. servit. amitt.: accedit quod non minus servitus, quam urbana causam continuam habere dicitur l. foramen 28. sup. de servit. urban. prædior. Francis. Duarenus lib. 2. disputat. cap. 3. obtestatur: Servitutes tam urbanas, quam rusticas constituendas urbe pignorari, non autem constitutas, quod manifeste cum nro §. pugnat ubi manifeste indistincte ait servitutes urbanorum prædiorum pignori dari posse. Doctissim. vir Jacobus Cuiac. lib. 15. Observat. cap. 6. ait servitutes rusticas quia vicino displicere valent oppignorari posse, non tamen æquitate, verum etiam et civili rigore attento: urbanas non posse quia vendi nequeunt, cum alij prædio quam dominanti utilitatem adferre non possint, qui quantum ad primum membrum quatenus æquitatem civili rigore merito reprehendit a subtilissimo autore Fabro lib. 13. ij conjectur. cap. 6.; nostr enim Paulus expresse servitutem rusticarum oppignorationem absolute commercium utilitatem recepisse esse; sicque non procedit civili rigore. . Autor. Faber ubi sup. asserit servitutes rusticas constituendas (non autem constitutas) ex æquitate, et non civili rigore posse pignori dari quia vendi possunt, non autem urbanæ cum displicere nequeant. Sed minus erudite sane; non enim Paulus nos-

52 posset hic distinctionem illam constituit inter servitutes constitutas et constituendas, sed potius inspiciendæ æquitatis, quia propter non est ab alio constituendo, unica rectoria regulam: ubi ea non distinguit, nec nos distinguere debemus l. non distinguemus. sup. de recep. arbitri. l. Papin. sup. de usufr. prædi. l. 2. § convenire. sup. de Iudic. maxime et ten. generaliter loquens generaliter est intelligenda vel eo edicti. licet l. de prædio. sup. de pubtic. in rem act. l. in Claudium. § Si. ff. de testam. milit. cum simil.: maxime cum nulla inde ratio sit imperi. dicimus talem distinctionem haberi ex his rationibus propositis constituj genuinas, ac universas actuales legendas venit. Sicque dicendum est cum Anton. Fab. et Duareno contra Cuiatium nullas servitutes, neque scilicet, neque urbanas prædiorum dare posse; secundum autem æquitatem servitutes rusticas, quia uendi possunt, non autem urbanas, cum distrahi nequeant prædiorum valere: et cum Cuiat. contra Fabrum et Duarenum; non constitutas; verum etiam et eam constitutas. Pro conclusionis vero pars probatur, quia prædiorum causa temporalis est et non perpetua, qua ratione placuit per prædiatorium contractum dominium non posse transferri l. cum et Scæv. 31. § 1. sup. de prædiorum. act., cum eius causa semper solet esse perpetua, et non temporalis l. 1. § de usu. dot. unist. l. Stat. 39. sup. solut. at qui servitus ad tempus constitui nequit l. 4. sup. de servitut. Ergo summo iure absurde dicitur nullas servitutes prædiorum dari posse. 2.o dicit; Inutile enim est prædium quod alij uendi non potest; qua ratione dicitur non valere pactionem ne prædium distrahi possit. l. 1. 4. sup. de prædiorum. act. l. mulier. 11. D. de distract. præd. at servitus urbana distrahi nequit ob difficultatem scilicet emptoris, cum de nullo alij prædio quam dominanti ad tam vilitatem possit. Et in prædiorum existimus si possit creditor reperire emptorem alium qui in ipsum debitorem, cum ea demum causa soleat pervenire ad prædiorum venditionem, cum debitor non valet solvere, et prædium luere l. Si mandatu. 59. § Mani. sup. mandat. l. 4. § addit. D. § de fidejussor. Libertat. quod ipsum vix alibi unquam contingit, quam si pecuniam non habeat in numerato, quam tamen explicari sibique numerari creditor velit. Nec mirum debet esse debitorem

quemquam

quem quam fore eò sibi tutum qui pignus à se datum velit emere, vel potius fuere à creditore, qui nullum alium reperire posset emptorem quando magis quod ea remissio servituti potius dicenda esset, quam venditio; nemo enim rem suam emere potest l. sequi. 16. sup. de comprah. empt.; multo minus debitam à pignore suo seruiente. Rarius autem fuisse emptorem inuenire presumunt verisimile scilicet quippium vicina seruitus habeat, vt ait Paulus retatur. 3to. tandem: non minus enim seruitus constituta est in dominio domini pignoris domini nantis, quam illa que de nouo constituitur, qua propter vendicare illam potest hst. hit. sup. si seruit. vendit. Et vnusquisque vicinus est suo dominator, et arbiter, vt possit facere de ea quidquid velit l. in traditionibus sup. de pact. l. ea re mandata. Et mandat. Vt ea destruuntur per allegata à Fabro Sbi hyp. reputa: seruitutes pignorum eò pignore dominantis esse debitas, vt nullo modo ab eo separari valeant, sicque non posse pignori obligari: Tunc enim non tam vti seruitutis, quam illius commoditas obligetur ad instar scilicet Vsufructus, qui tamen si sit vsi mere personalis, et omnino personæ cohæreat l. 3. § vlt. sup. quib. mod. vsufruct. amitt. vt neque locari, neque vendi, aut aliter transferri in extraneum possit l. si vsufructus. 66. § Iouin. dot. § Finitur. Inst. de vsufruct., et quod plus videar neque in hæredem transire § l. 3. § vlt. l. ex pluribus. 42. § de adminis. tutor. nihilominus pignori stabiliter datur cum tunc duntaxat illius commoditas censetur obligata vt omnes interpretes fatentur. vti l. sicut quidam. 11. § Vsufructus. sup. h.t.: aueò quia si oppignoratæ seruitutis constituendæ alium aliquem gerere possit etiam citra oppignorationem pignoris cui debetur vt inquit in hac nostra l. Paulus: quidni ero similem facilitatem ad facere non posse seruitus constituta. 9. nec satisfacit responsio. hanc operari pactum in tali seruitutis constitutione adiectum, sicque sustinendum. vsque l. In traditionibus. sup. de pact., quia cum non sit à principio conuenire in seruitute iam constituta! Nec tandem illa consideratio ciuilis ac incommodi qua fabet moueri aliquo fundamento stabilitur: quia nam enim iniuria afficit possit dominus pignoris seruientis patiendo seruitutem debitam per creditorem domini dominantis pignoris exercendi? nouæ si creditor eam non exercent, a dicto domino ipsa seruitus: aueò quod per

suppositio

54 suppositionem veri creditoris in rebus suum nullo vi conueniebat damno debitor afficitur; nam si ibi esset nulla delegatio valeret, cum per eam in uno et eodem nat debito novus creditor in prioris locum reparatur l. quod debetur. 31. sup. de pact. l. Elegantior. 24. §. si vendidit. 2. sup. de pignorat. act. ; sique etiam debitoris nomine pignoratis et vendito non sustinerentur, quod tamen falsum est l. nomen. 4. ff. qui res pign. dar. poss. l. si convenerit. 18. sup. de pignorat. act. l. creditor. 13. § cum pignori. h.t. l. Postquam. 7 l. ea nominis. 8. ff. de hered. vel act. vendit. uniuers. l. si cum emptore. 16. sup. de pact. l. 2. ff. de Reg. et act. l. alt. ff. quando dies vel priuat.

l. 14. Marcianus lib. singul. ad form. hypothec.

Creditor pignori obligato quæ postea nascuntur tenentur. Sed et si priori capitibus decidentibus totus grex fuerit renouatus tenebitur.

Ad l. creditor. 13.

Ratio dub. non potest esse pignori obnoxium, id de quo ut pignori esset non conuenerit, etiam si originem ex re obligata traxerit l. si conuenerit. 18. § si qui. 3. sup. de pignorat. act. ; Pignoris enim obligatio per conventionem de ipsa re qua obligatur relatum constituitur l. 1. sup. h.t. at quicum grex pignori datus fuit nil de fœtu nascituro obligando secum actum est, prius enim quærendum est, utrum de rerum natura aliquid sit, antequam queri possit an pignori dari valeat, cum quæ nec an sit, prius dicatur quam qualis nec quid et sit et inquirunt philosophi l. In Falcidia. 9. § 1. ff. de leg. Falc. l. alt. ff. de Stat. homin. : Ergo creditor pignori datus non ob id fœtus ex eo provenientes pignori debent censeri obnoxii; maxime cum in pignoratitio contractu sicut in cæteris omnibus, cum quæritur quid in eum venerit conventionis tempore inspiciendum sit, non si quid ex post facto superuenerit l. Rutilla polla. 69 sup. de contrah. empt. ; Profecto enim creditor tenetur rem obligatam conventionis tempore in sui debitoris dominio fuisse, nisi generaliter bona omnia, tam præsentia, quam futura pignori data fuisse proponatur l. Et qui nondum. 15. § quod dicitur uniuers. l. 3. h.t. l. aute omnia. 23. § de probat. l. qui prædium. 6. ff. si res alien. pign. dat. sit

Decid. quod necessariam dependentiam a re obligata habet censetur pignori obnoxium, etiam si de eo oppignorando expresse inter contrahentes nihil conventum : in contractibus enim nil refert an specialiter quid expressum

Sit am p

sit ait per relationem ad aliud l. certum est. 6. sup. de rei. credit. l. 55
esse tit. 11. de hered. instituen. l. si ita scripsero 38. de condit. et
demonstrat. atque agni, hoc vitulij qui ex grege pignorato nascun-
tur necessariam, et naturalem ab eo dependentiam habent § ius au-
tem naturale. Inst. de iur. natur. gent. et civ. nivium etiaque nonest
si greges oppignorati conditionem sequi meantur. quod enim natura
libet et perfecte necessaria sit, et proinde eam per facto tere habuisse
fiat l. 1. et l. 3. l. 2. § apud namussam. ff. de aqu. et aqu. pluv. arce.
l. hi fundi 28. § 1. in fin. ff. de liber. et posthum. Hinc dicitur partus ancil-
le pignorate conditionem nobis obligate sequi d. l. si convenerit. 18.
§ si fundo 2. sup. de pignorat. act. Hinc etiam dicitur fructus pigno-
rati qui mihi soli, et non semini percipiuntur, si à debitore percep-
ti fuerint oppignoratis etiam censeri l. 1. § cum pignus. sup. de ff. l. qui
sent. 21 § 1. ff. de usur. l. Pothon. 21. § si de futura. ff. qui potior. in pign. hab.
l. 3. de in quib. caus. pign. vel hyp. tac. contra. Hinc eandem di-
cimus nuda proprietate oppignorata usumfructum qui postea adve-
nit pignori obligatum videri d. l. si convenerit. 18. § si nuda. l. sup. de pignorat.
actione

a. Sed et si: Rarò duo. Grex licet sit quid universale, non est tamen ex eo
rum numero quæ ut unita concipiunt, possuntque simul corpore concipere
; ex multis enim distantibus capitibus constituitur § si grex. Inst. de leg. Ev
do extinctis prioribus capitibus ex quibus dictus prior grex componebatur
dictus prior grex extinctus esse debet, et consequenter supra eo consti
tutum: extincta enim re pignorata pignus etiam dicitur extinctum
d. l. si convenerit. 18. § si quis. 3. sup. de pignorat. act.
Deinde. Cuius rei eadem species concipitur, eadem quoque dicitur l. si. 6
§ 1. vers. nam qui dicit post. ff. de aur. et arg. legat. l. Proponebatur
76. in fin. sup. de iudic. Species enim et forma, et illa. quæ dat esse
rei l. Julianus. 9. § sed si quis rem. sup. ad exhibendum. atque ita nemo
de simum caput, aut alterum; sed et si omnia mutata sint eadem ta
men species et forma organi manet est quæ antea erat l. si cum magen
tum. 21. § 1. ff. de excep. rei iudicat. l. grege 21, et seq. ff. de leg. 1. unum enim
corpus metaphisicum ex dictis substituti capitibus detrahere possumus quod
nil aliud est, quam grex l. § si grex. Inst. de leg. vedete pictor de morbis

ne

ano responsum extat Ita q̃ rege renovato nil omnino pignus quod supra eo fuerat constitutum durare; Pignoris enim natura ella est ut nisi rei obligatæ extinctione, aut integri debiti solutione non liniatur d. l. si convenerit. 18. §. si quis. 3. sup. de pignorat. act. l. si rem. §. omnis pe cunia. sup. tit. eod. Hinc dicitur taberna obligata mercedi quæ in alterius locum fuerunt subrogatæ pignori obstrictas censeri, quia eadem taberna esse videtur, quæ antea fuerat l. cum tabernam. 3t. h. t. hinc etiam dicitur omnibus Judicibus per vices mutatis idemque quod antea fuerat esse Judicium. hinc etiam dicitur omnibus Legionis militibus per vices mutatis eandem met Legionem antiquam esse, et populum eundem hodierna die, qui ab hinc centum annis fuissent; etiam si ex illis nemo nunc viveret d. l. cum proponebatur. 76 sup. de Judic.

§. 1.

Statuliber quoque dari Hypothecæ potuit, licet conditione existente evanescat pignus

Ad. §. statuliber. 1.

Abhoc §. breviter nos expediemus; cum enim statuliber pendente die vel conditione subque libertas ei relicta est sit vere servus interim pro libero. g. f. de statulib., dubitandum non est, quin etiam is ab hærede rebus suis pignori dari possit; hæres enim adita hereditate vere verum hereditariarum dominus constituitur. §. ult. Inst. de hæred. qualitat. et differ. l. de hereditate. 19. § patris familias. vers. non tamen sic et hæres. l. de acquir. pecul. quæ l. hæredes. 25. §. non tantum. 6. sup. famil. ercisc. et servi ab eorum domino recte pignori dantur l. de ea re. 32. §. h. t. cum simil. Sed circa id quod circa finem §. scriptum est difficultatem facit, quod pignus semel rite constitutum semper pro novatum rem sequatur vide l. Pignoris. 17. ff. h. t. Respondendum extinctione rei pignoratæ pignus quoque evanescere d. l. si convenerit. 18. §. si quis. 3. sup. de pignorat. act. et servum pro libertatis adeptionem quodammodo extingui: post enim manumissionem novus homo esse videtur, cum ex eo tempore incipiat caput, et statum habere l. 4. sup. de capit. minut.; antea etenim pro nullo habebatur nec uti civili, nec prætorio l. qui testamento. 20. §. servus. f. qui testam. fac. poss. l. nulle modo. 7. ad leg. Cornel. de falsis. l. quod attinet. 31. de reguel. Jur.: qua ratione dicitur: actionem rei depositæ per servum antequam manumitteretur acquisitam eo manumisso, non sibi, sed domino competere l. 1. §. si servus

ves

Si vivus. 20. sup. de pecul.

§ 2.

Cum pignori rem pignoratam accepi potest videri: quatenus utraque pecunia debetur, pignus secundo creditori tenetur, et tam exceptio, quam utilis actio danda est. Quod si dominus solverit pecuniam, pignus quoque perimitur. Sed potest dubitari, cum quis creditori nummorum solutorum nomine utilis actio danda sit, an non. Quid enim si res soluta fuerit? Et verum est quod Pomponius libro septimo ad Edictum scribit, si quidem pecuniam debet is, cuius nomine pignori datum est, ex hac ea creditorem secum pensaturum, si vero corpus is debuerit, et solverit, pignoris loco futurum apud secundum creditorem.

Ad. §. cum pignori 2.

Rabè Dub. Pignus eo animo datur et accipitur, vt sit cautum creditori. §. mandati. §. Illud. sup. mandat.; semper enim plus cautionis subesse in re quam in persona l. plus cautionis. 21. de regul. Iur. Proinde nil agitur datione pignoris, si effectus ille non sequatur, vt res pignori data obligetur, et quidem tali vinculo, vt rem ipsam prosequi contra quemlibet possessorem creditor possit, in quo differt pignus a venditione, per quam e contrario non id primo, et principaliter agitur, vt dominium in empti rem omnino transferatur, sed tantum vt debitor emptori ex contractu obligetur, per consequentiam autem vt emptor per traditionem subsequutam fiat dominus, si dominium rei venditæ penes venditorem fuit, sin minus obligetur venditor de euictione ad restitutionem pretij, et quanti ipsius emptoris interest l. ex empto. 11. §. 1. iunct. l. 1. in princip. et pass. sup. de act. empt. l. si traditio. 4. de cod. tit. l. si in venditione. 60. §. de euict. atque per venditionem, adeoque traditionem factam a non domino, actio non potest nec obligari res quæ alterius sit, ne alteri per alterum iniqua conditio inferatur contra regul. l. non debet. 14. de regul. Iur, qua ratione dicitur re aliena creditori ignorante in pignus data contrariam actionem pignoratitiam. debitori competere l. si tutor. 16. §. contrariam. sup. de pignorat. act. non quia pignus valuerit ex quo actiones pignoratitiæ directæ et contrariæ nascitur clem, sed quia re ipsa suscepta est creditor, cui per eius modi pignus nullo modo cautum fuit: non potest igitur debitor pignus a suo debitore acceptum suo postmodum

dum

modum creditori in pignus dare; sola enim possessio dicti pignoris, non autem dominium penes eum remanet l. cum et Sabi. 35. §. 1. sup. de pig. nexat. act.

Decid. Tamen si creditori sibi in pignus data dominium non habeat, vel tenere retinendi etiam penes se eram iuris dominio eiusdem competat, quandoquidem verum erit debitum ei soluendum non esse l. 1. sup. h. t. l. cum vero §. 25. h. t.; Idque est quod vulgo traditur pignoratitium creditorem habere non solum ius ad pignus, sed ius pignoris l. Pignoris. 11. et pass. h. t. l. Si creditor. 7. §. ult. ff. de distract. pignor. atque iuris quidem reale in aliqua re habet eam in pignus dare valet, qua ratione diuersi possessores fundi vectigalis, aut superficiarij, posse tuba. pro dicta pignori Migare l. Victor. 66. §. ult. sup. de pignorat. act. l. Lex vectigali. 31. h. t. (quę iure dominij ad eos non pertinere certum est: superficies enim solo cedere dicitur l. 2. §. de superfic. l. qui res. 98. § arcam. §. de solut. Ergo non tantum ex equitate; verum etiam summi iuris apicę actionis pignus per creditorem rerum oppignorari posse defendi valet, nec ob id pignoris dominii debitor causa erit ut ea sequenda manifestum fiet

a Et tum exceptio. Ratio Dub. quę sibet exceptio si vel minimum quid iniquitatis habeat nullius momenti esse dicitur; eli dicitur enim per replicationem l. 2. §. de except (sola doli tamen exceptione excepta, quę nullam patitur replicationem, nec quidem dolo l. apud Celsum. 4. §. Marcellus. ait 3. §. de dolo mal. except) atqui si secundo creditori adversus pignoris dominum aliqua exceptio in propositio competeret illa esset. Ut puta actorem rem pignoratam recipere non valere, quia verum est utramque pecuniam solutam non esse, ut hic a Marciano dicitur, quę in se manifestam iniquitatem continet; iniquum enim est quod quis alterius facto cautionem patiatur d. l. non debet 14. de regul. Jur, et ita iniquum quod sui creditoris facto debitor duo debita solvere teneatur, adque tueretur, ut pignus secum recipere valeret: dolus enim (utraque) conjunctiva duorum dicitur, et utriusque collecti concursum requirit l. penult. §. de injur. et dolo substituit: sic apud Ciceronem de duobus conjunctim dicitur hic dolus, et de quint. pro. Lib. 2. Epist. 8.: donec utriusque rei summam exhibuisti

Verum

prenul. et l. officior. magna est ei fortuna qui vtramque par
tem, vel ad secundas res, vel ad aduersas habet. Secundo creditori
vt ad versus priorem dominum nulla sibi, ac efficax exceptio competere potest

Decid. Secundes creditor ut prospicio ut priorem locum subrogatus consequitur; Jus enim quod in pignorata priori competebat et oppignoratum existimatur (et infra apparebit) Ergo eodem modo quo si adversus priorem creditorem (debito non soluto) ad pignus recuperandum debitor agere vellet priori exceptio illa (de integro debito nondum soluto) competenda esset l. si rem. g. § omnis pecunia. sup. de pignorat. act. l. Et quia non dub. 13. § etiam. h.t. eandem exceptionem in parti secundo creditori prestari debetur: Subrogatum enim naturam eius in cuius locum subrogatur participare dicitur l. si cum. §. qui minorem. sup. si quis cautionibus l. 1. § hec actio. ff. si quis testam. Libr. l. vnic. §. 1. ff. de ver. vxor. act. Vbi de aliquo incommodo pignoris domino aliquo incommodo afficiendo non enim res debita, sed rem dumtaxat habere tenebitur (strictis verbis dicitur) debito enim vtraque aliquando disiunctive, vel alternative ponitur prout in parti §. quod manifeste patet ex l. si conuenerit. § sup. de pignorat. act. vbi in fine simili specie Paulus ait: debitorem qui secundo creditori soluit putandum esse per prius rem aduersus primum suum debitorem exigere volentem. Et non solum dicto secundo creditori aduersus pignoris dominum supradicta exceptio competit; verum etiam et aliam habebit, scilicet aduersus primum creditorem, et suum respective debitorem, pacti ipsa conuenti; cum enim priori creditori per hunc debitorem debitum nondum solutum esse proponetur primo pignoris vinculum adhuc durat l. si rem. § omnis pecunia. sup. de pignorat. act., sicque pignus a secundo creditore possessum primus vendicare potest l. si fundus. h. § in vendicatione. h.t. l. prior. ff. qui prior. in pign. hab., sed quid iniquum vt contra factum suum ad rei obtinendam veniat l. post mortem. 25. sup. de adopt. concedenda est secundo exceptio pacti conuenti l. pacta. 72. sup. de contrah. empt. l. 3. ff. de vetera vendit. l. sed et si. 21. § fin. vbi. notatur., quo exceptione nulla alia vtilior esse potest: nihil enim est tam naturale, quam ea quæ inter contrahentes placuerint seruare l. 1. sup. de pact. l. 1. sup. de constitut.

pecun.

quam vlt. ad vlt. Rara. Dub. Obligationes personales, et quæ ex alijs actionib. nascuntur actiones vbi personales dicuntur, quia personis cohærent, nec ad alias quam contra heredem, suæ actoris, suæ passiue transferri vllo modo possunt l. 1. §. si hæres. ff. ad. S.C. Trebell. l. 2. C. Rei vxor. Iulianum. 6. de Obl. et act. l. penult. et ibi Bart. de quand. fis. vel priuat. l. Si ris alieni. 11. de donat. atqui Secundus creditor cum pignoris nul contraxit, sed duntaxat cum creditore eius: non potest igitur dictus creditor aduersus pignoris dominum aliqua actione experiri: sicut enim omnes personales actiones ex obligationib. personalib. profici scuntur l. licet. 42. §. ea Obligatio sup. de procurator. Ita et personales obligationes ex contractu vel quasi, et ex delicto, vel quasi oriuntur. l. 1. in princip. ff. de Obl. et act. Nec pactum vnius alij nocet, vel prodest l. Si vnus. 27. §. pacta quæ turpem. sup. de pact. adeo quæ rei vendicatio pot. at. de quib. res iudic. non nocet, et hic inter alios act. nihil agitur l. Sæpe. 63. ff. de re iudic.

Decid. quamquam directa pignoris actio Secundo creditori aduersus debitorem sui debitoris ex propria sua persona competere non valeat indebite enda sua ei venit actio tibi: Indirecta enim sunt actiones tales tam ciuiles, quam prætoriæ vt essent subsidiariæ deficientib. directis, quibus eas concedendi iusta causa non deficit. l. quotiens. 21. sup. de præscript. verb. atqui in isto casu quum est vt Secundo creditori aduersus priorem debitorem actio tibi competat, vt scilicet necessitas conueniendi primum creditorem, et aduersus primum debitorem prioris rei dominum, et sic inutilis circuitus qui semper est vitandus quantum fieri commode potest l. Dominus. 51. sup. de condict. indeb. et vt celeritate coniungendarum actionum vna occultetur vti in specie l. 3. §. sed si debitorem. ff. de donat. inter vir. et vxor. l. Singulares. 15. sup. de reb. credit.: vobis igitur a Martiano responsum est Secundo creditori aduersus prioris domini Sticum Seianam concedendam esse, ad instar scilicet eius cui nomen debitoris venditum est, aut in pignus datum l. nomen. ff. de qui res pignor. dar. post. cuius rescripti vim Pignoratitiæ actiones tales accommodantur d. l. nomen. ff. Et quod plus est, non tantum dicto creditori exercitus accommodat

vel

verum etiam et illi qui a eo causam habent. l. postquam. 7. l. emp
tor. 5. l. ex nominis. 8. Cd. de hered. vel act. vendit. l. 2. D. Cd. de Nov. et
act. Nam dominium quem esse oportet: non dominam quem esse
patet, priusquam de ea re, qua de agitur liberam habeat disponendi
facultatem. vide l. in mandata. 21. Cd. mandat., et actio cedenda non
prius est cuius est, cui cedi debet, quam cessa sit, alioquin non esset
cedenda, si iam ante cessionem pro cessa haberi deberet. l. quod debe
tur. 81. sup. de pecul. l. si ut. 59. sup. de evict. l. modestinus. 76. §. de solut.
. quę nil omnino de prędictam inutilis ei actionis exitandi rationem est ita
placuerunt, tam etiam, quia quod mihi prodest, et tibi non nocere ta
men mihi permittendum est. l. in creditore. 38. §. de evict. l. penult. D. de
prędic. sup. esse. Et quatenus qui mihi aliquam actionem prestare
potest, licet alienę rei dominio sit, magis tamen in rebus mei,
quam sui esse videtur. l. quod civitatis. 19. C. non videtur quis quam.
51. de regul. jur. inst. l. rem alienam. 52. §. de acquir. rer. dom. Ver
rumtamen est servitutem directam nemquam secundo esse or
diri propri, sed illam alieno nomine competere posse. Et tunc
eam contra extraneos pignoris possessores, quam adversus verum pig
noris dominum invocabitur: cum enim pignoratitiae contractus
rei pignoratę traditionem exigat. l. si rem. 9. § proprie. sup. de pignorat.
act., et traditio rei pignoratę, qui ab alio debitori tradenti debetur ex
mandatum actionem contineat. l. 1. Cd. de donat. affirmandum ne
cessario est nomine primi creditoris ipsum secundum directam pig
noris actionem, tam adversus primum debitorem verum pignoris do
minum, quam adversus extraneos possessores exercere valere
non minus corporis, quam bonorum debitori oppignorationem permittit contra veteres iuris regulas l. Obq. alienum. 12 C. de Mig. et act., cum pignus necesse sit a domino constitui ut valeat l. Ult. et tot. tit. C. si res alien. pign. dat. sit. Nemo autem dominus sit membrorum suorum l. liber homo. 13. sup. ad leg. Aquill. Sive ad ius comune ex quo potest quis in executione iudicati de tradi in carceres, et si corpus suum pignoraverit l. 1. C. qui bon. ceder. possunt. Commissorium igitur est huiusmodi pactum, et consequenter non sustinendum vulg. l. Iurisgentium. 7 § ait pretor sup. de pact. Accedit, quod non potest in eundem casum, idemque tempus et pignus contractum, et pignoris venditionem factam videri. Sunt enim contractus isti disparati, et ut loquuntur nostri incompatibiles, quo niam qui pignus simpliciter dat, id est neque mancipatione interveniente, neque fiducia, id omnino agit, ut rei proprietatem sibi retineat, solam vero possessionem transferat in creditorem l. cum et Socius. 35. § Ult. sup. de pignorat. act. qui vero vendit, licet ad hoc precisse non sit obligatus, ut rei venditæ dominium transferat in emptorem, sed tantum, ut rem tradat (hæc enim est ratio cur rei alienæ venditio valere dicitur l. Rem alienam. 28. sup. de contrah. empt.). Id tamen omnino agere cogitur, ut quidquid iuris habeat in emptorem transferat, et sic dominium si dominus ipse proponatur l. Ex empto. § 1. l. si quis alienam. 46. sup. de act. empt. at pignus in eum solummodo casum datur, quo soluta creditori suo die non erit pecunia. Casus enim ille est in quem sibi cautum, et prospectum vult creditor, qui pignus accepit, sive statim atque convenerit de pignore, et prius etiam quam solutionis dies venerit pignus contractum intelligatur: consequens est, ut in eum ipsum casum pignoris venditio contrahi non possit. Quod tamen eveniret, si pignus sic dari posset: ut in casum pecuniæ sua die non solutæ creditori emptum esset, iusto pretio tunc æstimandum; debiti enim quantitas in pretij locum cederet, cum illud quod a creditore debitori

semel

190 semel fuit datum, utrum ei stare non teneatur; sic quæ-
ret, si eadem pecuniæ quantitas, et pignoris causam induerit, et
faciat pretium emptionis, quod sane fieri non magis potest, quam
ut pignus quod sibi emptionis nomine utrique censeatur
Decid. Pignoris dominium remanet penes debitorem; possessio enim
ista est quæ transit ad creditorem, non autem dominium. l. cum
et Sabi. 39. § si sup. de pignorat. act. potest videri per ipsam de-
bitorem emi pignus vendi vi Paulus in l. alienæ. 20. pap. de pig-
norat. act. Thripho[nius] in l. Rescriptum. 12 in princip. l. de distra-
pignor. et per consequens validum erit pactum in ex. nostro ad fini-
tum. nec enim tali pacto quicquid dici potest, quia legem commissa-
riam continet, nam Marciani imperii nondum antiquata est
lex commissoria pignoris, quam primus antiquavit Constantinus
qui multis post Severi et Antonini statum, quibus imperavit. Tam
et iam, quia omne pactum commissorium, per quod solet pig-
nus in venditionem converti, non aliud pretium venditionis ha-
bet, quam ipsam pecuniæ debitæ quantitatem, quæ porro sit in-
est, et ad pignoris æstimationem ascendat, quia semper plus est
Mevi pignus, sive ut tanto citius, et facilius emptorem inveniat non
Multa ad diem pecuniæ, quanto in loco pretio distrahendus, sive
si contingat suarum accessione augeri summam debitam, plus
Sane tamen cautum habeat creditor de omni eo quod debetur. Sa-
vius tamen quæ[ri]t, ut summa debita minus pignoris pretio æquiparet,
nec provide ut non valde in pretii quantitate æstimetur miser debitor
qui non aliud ex pignoris venditione pretium sperare possit, quam ip-
sum quod debet: neque est quod quis replicet vi emptionis et
venditionis sicuti naturaliter contrahentis vi pretio se decipere
Levi causa. 16. § Idem Pomponius sup. de minor. l. Iunius si pretio. 22. §
ult. et leg. seq. sup. locat. Idem enim tunc non dicitur, cum vendendi
emendique animo partes conveniunt et vi l. si vestitum. 8. de rebus
vendit. quod ex præcedenti pactatu dici non videatur est l. si procura-
tem. 8. in princip. sup. mandat. l. 1. § si servus de pecul. sup. l.

possit

de posit. l. si tantum. 12. ad S. C. maced. In proposito autem non fuit ab initio vendendi animus, et emendi, sed pignoris duntaxat contrahendi. Ergo nec ab initio pretium iniustum venditionis constitui debuit in futurum eventum, et in damnum debitoris, qui nil non concessurus sit creditori, ut ab eo pecuniam mutuam ab initio extorqueat, vel ex post facto longiorem diem ad solvendum, preser tim si talis sit, qui ex causa Judicati possit in carceres detrudi, nisi Legis Juliæ beneficium de cessione bonorum, quod per lugubre et miserabile est implorare malit l. ult. C. qui bon. ced. poss. At in nostro casu non fuit pactum de distrahendo pignore, ob solam debiti quantitatem, sed iusto pretio tunc æstimando, si die statuta debitum non solvatur. alioqui quid attinebat de ea conventione tractare, quæ et iusti pretij mentionem adderet, et illam iusti pretij diffinitionem in id tempus conferret, quo solvi pecunia debuisset? Et cum ob conventionem sic factam iusto pretio per Judicem constituendo l. fin. in fin. C. de iur. dot. impetr. pignus distrahitur nullum detrimentum debitor patitur. Pretium enim a Judice constitutum erit iustum, cum Judex non possit pronuntiare aliud, quam quod inter contrahentes convenit venerit l. Judicem. 21. in not. l. Judicium. 13. sup. comun. divid. l. si convenerit. 26. ff. de re iudicat. l. 1. § inde quæritur. ff. de oper. nov. nuntiat. at inter contrahentes convenit de iusto pretio constituendo, necessario igitur erit pretium iustum illud quod a Judice statutum erit. quapropter nullum incommodum patitur debitor, cum ipsam rem pignoratam possidere videatur; pretium enim in locum rei succedit l. in re furtiva 8. sup. de condict. furt. maxime cum tunc pignoris effectus adimpleatur, qui in eo maxime consistit, ut si pecunia debita non solvatur, et distrahatur, vel adiudicetur in solutum, vel dominij iure impetrato possideatur l. Eleganter. 24. sup. de pignorat. act. Porro pignoris venditio de iure publico est; potest enim creditor pignus vendere, nisi de non vendendo pactum sit, l. si convenerit. 4. sup. de pignorat. act., et non solum tertio, verum etiam

sibi

132 sibi a debitore emere d. l. aliena 20. § ult. eod. ill. tit. d. l. Rescrip-
tum. 12. §. de distract. pignor. firmum igitur ac ratum esse de-
bet pactum de quo in proposito. Pactiones enim omnes valent,
quae circa pignoris venditionem fiunt l. ult. § 1. C. de iur. domin.
impetr., per illud que securus erit debitor a periculo detraditio-
nis in carceres (fortasse a creditore ei ut viliore quam iusto pretio
haberet emptum minato) opponere enim valet apud Judicem
pactum de distrahendo pignore iustoque dumtaxat pretio et Ju-
dex illud omnino servare faciet, ad eius enim officium incum-
bit ut pacta omnia serventur d. l. Juris gentium. 7 § ait Pretor
sup. de pact. Nec etiam eadem pecuniae quantitas pignoris causam
inducet, et simul faciet pretium emptionis, adiecta enim iusti
pretij mentio facit, ut appareat id actum esse inter debitorem, et cre-
ditorem, ut pecunia debita pretij loco non esset, quae nec sane iu-
stum pretium efficere umquam potest, cum vix sit ut non mul-
to pluris sit pignus, quam quod debetur. Proinde nil obstat quo-
minus, et contractum pignoris, et venditionem conditionalem fac-
tum esse existimemus; conditionalis inquam non tam ob eam pac-
tionis conditionem: si pecunia debita suo die soluta non est (est enim
illa naturalis, tacitaque pignoris, non venditionis conditio l. gre-
ge. 13. § etiam h. t.), quam ob collatam in alienum arbitrium pre-
tij taxationem l. ult. C. de contrah. Empt. et non infra
a hoc enim casu. Ratio Dub. sicut pretij conventio (ex quo emptionis
substantia consistit l. 2. § 1. sup. de contrah. empt. l. pacta conven-
ta 72. eod. ill. tit. l. si voluntate. 8. C. de rescind. vendit.) in arbitrium al-
terius ex contrahentibus conferri non valet l. quod saepe. 35. § illud cons-
tat. sup. de contrah. empt. Ita nec venditio, et si conferatur ex tali
conventione obligatio nulla nascitur ita scancitum extitit ab Imp.
Diocleti. et maxim. in l. Invendentis. 13 C. eod. ill. tit. Atqui per pac-
tum de quo hic in arbitrium unius ex contrahentibus, venditoris sci-
licet venditio confertur. In eius enim posse erit vel solvendo debi-

tum in

intra tempus prefinitum pignus liberare, vel ita se non gerendo venditionem eius pati inutilis igitur, ac inefficax est talis conventio ad conditionalem venditionem producendam: conditionalis enim venditio statim contrahentes obligat l. qui balneum. 9. §. qui potior. in pign. hab. l. necessario. 8. sup. de periul. et commod. rei vendit. l. Iscui. 42. §. de oblig. et act.

Decid. Conditionalis venditio illa dicitur, cuius pretium in alterius arbitrium confertur l. ult. sup. de contrah. empt. l. ult. ad cod. ill. tit. cum enim venditio absque pretio consistere non valeat l. Inter partem. 4. § sine pretio. 1. sup. cod., necessarium est, ut quamdiu ille qui nominatus est pretium non diffinierit, sit in suspenso obligatio; pretio autem per electum constituto, venditio ad effectum producatur ita Iustin. in § sed et certum. Inst. de empt. et vendit., quod est propium conditionis: essentia namque conditionis in eo consistit, ut in futurum dubiumque eventum conferatur, quae si existat perinde sit ac si contractus pure initus fuisset, nec ulla conditione suspensus l. si quis fundum. 37. sup. de contrah. empt. ad l. necessario. 8. in princip. de periul. et commod. rei venditae ad l. qui balneum. 9. §. 1. §. qui potior. in pign. hab. atqui in praesenti conventione pretij estimatio in alterius arbitrium (Iudicis scilicet confertur ad l. ult. in fin. ad de vir. domin. impetr.), qui citatam utramque partem coget ad eligendum estimatorem secundum formam l. hac edictali § bis illud ad de secund. nupt., vel ipsemet eliget iuxta tenorem auth. de non alienand. § quod autem. Non immerito igitur a Martiano nostro responsum extitit talem conventionem conditionalem venditionem producere. Et licet ex non solutione debiti intra statutum tempus, (quae pendet ex debitoris arbitrio) effectum habeat ista conditionalis venditio; tamen quia non expressa, in eius arbitrium et voluntatem relicta est per istam scilicet conditionem (si debitor voluerit) sed per accidens ex eius facto pendet ob id inutilis videri non valet l.

Centessimis

l. centessimis. 46 § si ita. 2 et § ult. ff. de verb. oblig. Expressa enim nocent, quæ non expressa non nocent ut habet iuris regula. 195. de regul. Jur. l. nonnumquam. 52. de condic. et demonstr.. aliudque iuris est, si quid tacite contineatur, aliud vero, si verbis exprimatur l. si ita legatum. 65 §. 1. de leg. 2.. Semperque etiam agendum est, quantum fieri potest, ut actus de quo tractatur in tuto sit, et valeat, potius quam pereat l. quoties in stipulationibus 80. de verb. oblig. l. quoties in act. de reb. dub.. In proposita autem specie nulla esset conditionalis venditio si eius conditio expresse in debitoris arbitrium collata esset d. l. in vendentis. 13 C. de contrah. empt.. Ita enim fieret ut in eius electione esset an ex contractu suo esset obligatus, non magis quam si facta esset venditio sub conditione (si volam) Pro non dicto enim habendum est, quod vendere nisi velis cogi non possis l. f. sub hac conditione. 8. ff. de oblig. et act. l. stipulatio. 17. d. l. centessimis 46. § ult. de verb. oblig. l. 2. § sequela sup. de eo quod cert. loc.. nec ulla potest videri obligatio, ubi nulla est necessitas dandi, et faciendi id quod promissum est. Repugnat enim naturæ, et substantiæ obligationis quæ diffinitur: vinculum iuris quo necessitate adstringimus, apud Justin. tit. de oblig. Observandum tamen est validam etiam esse conventionem sub hac conditione (cum voluero) factam d. l. centessimis. 46. § penult. ff. de verb. oblig. cum not. l. si quis ita stipulatus. 112. eod. ill. tit.; verbum enim (voluero) ut recte advertit Accurs. tractum temporis non dicitur habere, nec voluntatis mutationem admittere

L. 17. Ulpianus lib. 15. ad Edictum

Pignoris persecutio in rem parit actionem creditori.

Ad. l. 17. Pignoris. 17

Ratio Dub. Actio personalis dicitur illa, quæ adversus eum, qui nobis aliquid dare, aut facere tenetur, vel alijs quibusdam modis obligatus est competit, semperque adversus eum locum habet l. actionum genera. 25. ff. de oblig. et act. § omnium autem. Inst. de act. atqui obligatus conventus per hypothecariam actionem, obligatus est restituere rem

petitam

rem petitam, actio enim nil aliud est, quam ius persequendi in 135
judicio quod sibi debetur l. nil aliud. §1. ff. de. ill. et, de hinc que pœ
nali obligationem tamquam ex sua causa, et quatis ut litem
ventur adversus eum semper indulgetur, Personali, ficiat et non
realis est actio que ex pignoris obligatione descendit. adhuc videtur quod
realis actio dumtaxat detur adversus rei petitæ possessorem, non au
tem adversus alium. Sola enim possessio ex parte rei conventi actio
nis realis causa dicitur l. qui petitorio in fin. sup. de rei vendicat. l. 1.
ff. de alienat. Judic. mut. caus. fact. et hypothecaria actio etiam ad
versus non realiter possidentem indulgetur, cum ea conveniatur is
qui dolo malo possidere desijt l. si fundus. 16. § in vendicatione. sup.
h. t.; quam tamen non possidere certum est: neque enim non certus es-
se potest esse qualitates l. si partem. 19. quemadmod. serv. amitt. nec
etiam ficta ad possessionem (cum sit quid tacti l. denique. 16. sup. ex
quib. caus. major. l. 1. § sequitur. l. si is qui certam. lib. esse) extendi valet
ff. l. denique. 16. l. in allo. 12. § facti l. de captiv. et postl. revers.
Decid. actio realis illa appellatur quæ dumtaxat ut ista litem exerce
atur possessionem ex parte rei conventi desiderat, ac exposcat ff. l. qui
petitorio l. fin. sup. de rei vendicat. ff. l. 1. ff. de alienat. Judic. mutand.
caus. fact. l. 1. si agar vectigal. atqui hypothecaria actio possessionem
ex parte rei conventi solummodo desiderat, ac exigit l. pignoris. 18.
ff. h. t. ff. l. si fundus. 16. § in vendicatione. hab.; vede igitur hic vis
quam est hypothecariam actionem realem esse. Et licet con
ventus per servianam rem petitam restituere adstringatur
, ad id tamen non adstringitur, ex contractu, vel ex quasi, neque ex
delicto, vel ex quasi (quod omnino necessarium est ad personalem ac
tionem constituendam ff. l. actionum genera. § 1. ff. de obl. et act.), cum
tacito enim (ponamus) pignoris possessore nil contractum fuisse dicitur
, neque is de pignoris possessione bona fide adeptam delictum aliquod
commisit: delictum enim absque dolo non committitur, et si quando pos
tri, at nil tam contrarium est dolo quam bona fides, sed officio ju

dicis

136. Dicis dumtaxat ad id teneri, sicut ut alijs in rem actionibus ex
restituere l. Officium sup. de rei vendicat. a tantum in actionis: officium enim Judicis nullam prorogandi obligationem, nisi forte mod
l. qui per collusionem §. ult. sup. de act. empt. Et quamquam etiam
adversus dolo possidere desinentem indulgeatur, essentiam et naturam
actionis realis, quid non amittit. Dolus enim semper pro possessione
est l. quisq; dolo. 131. et l. Paxam. 150. de regul. Jur. l. si rem. 17. §. de re
rei Judicat. l. 2 §. hoc interdictum. ff. ne quid in loc. publ. Sicque qui
dolo desijt possidere perinde condemnandus est ac si vere et realiter pos-
sideret §. l. qui petitorio cum similib. alioqui enim ut possessor pos-
sessorio esset eludere actori et Judici, atque ita effugere condemnatio-
nem; quæ aliter ei tamquam possessori esset irrogranda l. si bona
§. de. 12. sup. de noxal. act. Et dolus numquam impunitus remanere
bet l. Procurator. ff. ei fin. ff. de dol. mal. et met. except. nec possessio
adeo sacrosancta, quæ plurimum etiam juris habet l. Possessio. §. pe
§. de acquir. possess.

l. 18. Paulus. Lib. 19 ad Edictum

Si ab eo qui publiciana uti potuit: quia dominium non habuit
pignori accepi: si petat me per Servianam Prætor, quemadmodum
defendam per publicianam

Ad. l. si ab eo. 18.

Ratio Dub. Serviana actio dumtaxat creditori probanti rem sibi
pignoratam conventionis tempore ex sui debitoris dominio fuisse
concedatur l. si debitor. 3. Lorget. ff. Gaii l. Et quæ nondum. 15. §. qui
dicitur. ff. l. aut omnia 23. ff. de probat. vel saltem superveniss
debitori post conventionem de pignore, si vel obligata sint genera-
liter sint specialia bona omnia præsentia et futura, vel indistincte
bona omnia non facta futurorum mentione, quo casu etiam fu-
tura venire placuit Jason. in l. stipu. §. quæ res pign. Nec. possit
atqui creditor, qui pignus accepit ab eo cui publiciana actio competit
hoc probare nequit; Publicianam enim actionem ille dumtaxat ex
ercere potest, qui rem bona fide a non domino emit, vel alio justo

titulo

rinelo adeptus fuit § nam sicut. Inst. de act. Sicque solum tu
pelium usum ac bonam fidem dumtaxat dari desiderat, non
autem dominium, cum nemo plus iuris in alium transferre
possit, quam ipse habet vulo. L. nemo plus. de regul. Iur. l. Rem
alienam. 28. sup. de contrah. empt; qua ratione placuit domini
um superveniens talem actionem cessare fuere, novamque em
tredicere, quæ vocatur rei vindicatio directa. L. aut prætor. 1. §. 1. sup.
de public. in rem. act. quæ actionem inter se incompatibilis existiman
tur, qui enim agit civili directa, quæ rei vindicatione dicit se
dominium, talemque esse probare debet L. in rem. 23. sup. de
rei vindicat.; qui autem publicianam exercet si non dicit se do
minum, sed quasi dominum, ac proinde fatetur se non esse domi
num. dicto enim (quasi) impropriatam, ac diminutionem de
notat L. Inter mercatores. § Celsus ait, et § quamvis. sup. de leg. aquil.
non potest vincere is qui pignus accepit adeo ut publiciana actio com
petat Serviana actione experiri
Decid. non omnino desiderari ut Serviana actio creditori com
petat quod ipsi pignoratarum rerum dominium quiritiarium
conventionis tempore penes suum debitorem fuisse probare teneantur: sufficit enim quod probetur dominium bonitarium dicta
rum rerum eo tempore illos habuisse. L. Si Superatus. 3. §. l.
Et quæ nondum. 15 § quod dicitur h. T. Sibi dare L. cum nis. 5 l. qui
pignum. 6. D. si res. alien. pign. dat. sit. atqui creditor qui pignus
accepit adeo ut publiciana actio competit dictam requisitam esse
dere valet. Rationem in omnibus habere intelligitur, quisquis aut
eam possidens habet exceptionem, aut amittens habet actionem
ad eam recuperandam. L. Rem in omnis. 51. §. de acquir. rer. domin.;
qua ratione dicitur illud quod convenitur non esse in bonis l. quod
evincitur. 190. de regul. Iur. non immerito vidit D. Paulo nostro
nostrum creditorem ad pignus recuperandum recte Serviana ex
periri posse. Necesse quod qui replicat creditorem de quo fit do
minium bonitarium penes suum debitorem tempore contracti
fuisse probare nequire, quasi scilicet non sufficiat ut domi

nium

num alienus rei qui habere dicebat, quod ad illam rem pe
quendam actionem habeat, vel exceptionem ad retinendam, qua
ratione etiam nos diximus, non esse bonam illationem affirmati
ves omnes quarum nomine, vel actionem, vel exceptionem hab
nus, continuo sciri in bonis nostris, sed negative tantum, vt qui
rerum nomine, nec actionem, nec exceptionem habemus, eas
nec in bonis nostris esse dicere possimus, sed amplius requiratur, v
Si licet causam habeat adeo qui dominus contrarius fuerit. Pos
Sicuti enim adeo rei habitam, vel translatam vult prætor, qui saltem
rem in bonis habuerit, vt incipiat res in bonis illius fieri qui pos
sionem accepit. Si quidem id perpetuo obtinuit prætor, vt nunquā
nisi intercedente possessionis translatione dominus quis fiat bonita
rius. Possessionis autem translatio tunc quæ cum sit ex causa
habili aptaque ad transferendum dominium non plus iuris in al
pientem transferre poterit, quam fuerit penes tradentem l. trad
tio. 20. ff. de acquir. rer. domin. At certum est cum qui publiciana
actio competit talem causam habere non posse, cui mihi demen exi
cere publicianam posse, qui rem a non domino emit, si pretium
illud concurrerit, et euenerit ex bona fide ff. h. nam si cui. Inspect ad
Si quis aparet non posse fieri vt qui agit publiciana rem illam
in bonis habeat. Respondetur enim prædicta omnia probare fid
ere dixi Seruianam directam competere non posse, quod nos quidē
cum Barbo libenter fatemur. Successor enim non plus iuris habe
debet in re in quam succedit, quam auctor suus habebat. l. qui
& item. l. si mater. 11. § penult. ff. de except. rei iudic. d. l. si super
ff. h. t. At certum est nullam directam actionem ei qui bona
fide rem a non domino emit competere posse, sed tantum vtilem, vt
vianam scilicet, quæ sit vsque actioni colon; quasi rem illam posse
Seruiam vsucepisset, quam tamen revera capere dat tantum spe
capere ff. h. nam si cui, cum actio illum modo probanti autorem
dum dominum fuisse, aut iure gentium, aut iure ciuili vindicare
abet l. in rem. 23. sup. de rei vindicat. l. de cui. g. ff. eod. tit. l. qui
vii. 75. ff. de uir. dot. l. communi. 7. § plane sup. comun. divid. Sed hoc
contra

contrudimus Seruianam vtilem non esse ei denegandam: nam
cum talis creditor pignus accepit ab eo qui Prætor non denegat pu
blicianam, vt tamque rei vendicationem. eo colore quasi rem
illam in bonis habeat, adeoque in dominio quiritario, dest quasi
usucaptam, omnino consequens est, vt eum tueatur prætor data
ei vtili seruiana actione, atque ipsius authoritate vendicque
debitorem per publicianam hactus. Quod si enim ciuca rem
pignoratam a debitore non denegatur creditori, qui ab eo causa
habet non est interdicenda l. prege 13. § In superficiarijs sup. L.
de vectigali. 30. ff. h. t.

l. 19 Vlpianus. lib. 21. ad Edictum

Qui pignori plures res accepit, non cogitur vnam liberare, nisi
accepto vniuerso quantum debetur

Ad l. qui pignori. 19

Quare dub. causa pignoris est securitas debiti; Pignus enim creditori
ea mente datur, vt non aliquid ex isto lucrum faciat, sed tantum
vt sibi, suique indemnitati cautum habeat si debitor in solutione
cesset, nisi antichresis contracta sit, aut expresse, vt in l. si pecu
niam 33. sup de pignorat act. l. si quis qui. 11. §. 1. h. t. l. si ea pac
tione. 14. l. si ea lege. 17. ff. de euict. Iuo tacite vt in l. cum debitor
3. ff in quib. caus. pign. vel hipoth. tac. contrah. quamobrem placuit
creditorem debitori suo restituere teneri omne id quod occasione pig
noris sua suum debitum consequutus fuit l. Elegantes. 24. ff. de
sup. de pignorat. act. l. vlt. ff. de distract. pignor. l. vlt. ff. si vendit.
pig. ag. Ergo debitor qui partem debiti soluit creditorem suum compel-
lere poterit, vt ex pluribus rebus obligatis correspondentem quantitati
soluti liberet; maxime si ex in obligatione remanentibus integre
credito satisfieri valet; cessante enim causa, et eius effectus cessa
re debet, vt in loco citato vlt. adijcere § quamuis. ff. de iur patro.
§. si Pater. ff. de hered. instituend. l. generaliter. ff. de Epis. et cleric.
. accedit quod licet verum sit creditorem aliquem certa summa debitur
non posse compelli per partes debitum solutionem, quia soluto per par
tes magna habet incommoda ex parte creditoris l. 1. in princip.

Sup. simil.

sup. fumil. dicendum, si tamen ipse accipiat nova pars debitoris
rem constat liberatio nem pro ea parte debitori contingere l. Pa-
lam sum. 9. f. de solut. sibi enim debet imputare cur nova accepit, cum
non oporteret. atqui sublata personali obligatione pro qua pignus
datum fuerat pignoratitia actio nascitur, cum enim pignoris ob-
ligatio sit accessoria est si pe dictum extitit, pro quantitate eam soluta
obligatum remanere non potest. Ergo quamadmodum si tota debiti
quantitas soluta est nascitur pignoratitia directa ad omnes res obliga-
tas recuperandas l. greg. c. 13. § etiam sup. tit. l. si qui nec. § rei hypoth.
nb. credit. l. qui fundum f. de pign. dot. dicendum est pro parte debiti
soluta nasci pignoratitiam ad recuperandam ex pignoratis rebus quan-
titati solutæ correspondentem; eadem enim debet esse ratio partis ad to-
tem, quæ totius ad totam. vulg. l. qui de vita. sup. de rei vendicat.
Decid. Obligatio pignoris individua est l. Rem hypothecariam. 65. f. de evict.
ex alia enim causa pignus non datur, quam ut cautum sit debitori, ne
pro parte debiti, sed pro toto debito. Indeque fit, ut integrum debi-
tum solutum esse oportet, ut pignus aliqua ex parte liberetur, non
quasi Pars obligationis personalis pro parte soluta sublata non sit
sed quia hypothecæ semel stipulatæ vi ea dissolvenda habetur
illam fuam conditionem, si integrum debitum solutum sit aut eo nomi-
ne satisfactum d. l. greg. c. 13. § etiam. tit. l. debitor. 99. f. ad s. C. Vell.
l. penult. f. de exceptio. retinendi conditio enim omnis individua dicitur l. si
cui fundi 86 f. de condict. et demonstrat. recte igitur Labeo apud Julianum respon-
dit: creditorem qui plures res in pignus acceperat, unam saltem ex illis
liberare compelli non posse, nisi integro debito ei soluto. adeoque pig-
noris causa individua est quod potest debitor, cui major pars debiti solu-
ta est pro debiti quantitate non dum soluta tantum, ac integrum pignus
distrahere l. quamdiu. 6. ff. de distract. pignor. l. unus ex multis. 6. ad
sin. l. 1. et 2. ff. si un. ex plurib. hered. debit. l. solutum. 14. § si creditori
3. hyp. de pignorat. act.. Et licet pignoris obligatio contrahi non valeat
absque aliqua principali; semel tamen contracta persevrat etiam post
sum mam principalem obligationem l. 1. et 2. ff. de tut. pign. l. hered

21.

hered. 25 § Idem Neratius sup. tamet. & ulc. Liti execuho
ne. 85. § ponult. ff. de verb. oblig.) nec etiam quisquam vetat, quod
plus sit in pignore, quam in debito, imo nec est prudens creditor
si pro pignore rem accipiat, quæ non multo pluris sit, quam quod de
betur, sed ut tanto citius, et facilius emptorem inveniat non soluta
pecunia ad diem promissam, quanto ea res pro hoc distrahetur, si
ve ut si contingat usurarum accessione augeri summam debitam
plenissime tamen ipse cautum habeat de omnibus quæ debentur: Pig
nus enim simpliciter acceptum tenetur ad usuras, tam quam in omnem
causam accepta. l. 2. ff. debitor. vendit pign. imped. non. pass. l. quæ
sita. hyp. locat.

L. 20. Idem Lib. 6. ad Edictum

Cum convenit, ut is, qui ad restitutionem fidei suæ credidit, de pensionibus
ture pignoris creditum recipiat: etiam actiones utiles adversus in
quilinos accipiet: cautionis exemplo, quam debitor creditori pignori
dedit.

Ad. L. Cum convenit. 20.

Rarus Dub. actio utilis subsidiaria est, neminem enim competere
test, quandiu directa indulgetur l. si duo. 13. § si quis ut navit l. quod. si
ut navi. 29. sup. de ut recuis. at qui creditori, cui per pactum promissam
est ut de pensionibus ture pignoris obligatis creditum recipere valeat directa
actio competit. Pactum enim in continenti ad idem in contractibus
bus fidei inest contractui, formatque actionem disceptatricem extra
l. in contractu l. Juris gentium. 7. § quinimo. sup. de pact. Pignusque
naturam contractuum bonæ fidei participare quidam modo videant
ut Late pernos in Sponge. B. § si sub conditione. hyp. nonest q. hic
ut pro proprio per Spinum utilis serviana creditori indulgenda
Decid Non est novum in nostro iure ut utilis actio competat deficien
te directa, quoties cui dandæ ipsa causa non deficit. Et enim pro tot
actiones utiles ad supplendas directas actiones introductæ sunt, quoties
directæ deficiunt Stante enim pro hoc rigore, nec tantum deficit
et quidem, quæ dandas actiones utiles suadet l. 1. quod. 19. § 1. hyp. de cons
tit pecun. l. quoties. 21. sup. de pos. cept. urb. at qui naturaliq; qui
ne exposse

expostulat dandam esse aliquam actionem creditori cui per pactum cum debitore initum promissum est, ut expensionibus sibi oppignoratis creditum recuperare possit ad eas ab inquilinis exigendas; nel enim tam naturale est, quam ea quae inter contrahentes placuerint servare l. 1. sup. de pact. l. 1. sup. de pecun. constitut. at directa actio tali creditori competere nequit; licet enim ex tali pactio directa actio adversus debitorem nascatur, ut illam adimplere patiatur; non tamen ex illo creditori directa actio adversus inquilinos ~~[illegible]~~ acquiri potest, obligationes enim personales, et quae ex his nascuntur actiones in singularem successorem non transeunt l. 1. § si heres §. ad S.C. Trebel. l. Eris alieni. 15. C. de donat., nec ob aliam causam personales nominantur, quam quod personam solam afficiant cui primum adhaeserunt, ossibus contrahentium ita inhaerent, ut ad alias personas, sive active, sive passive transire ipso iure non possint d. l. 1. § si heres, tametsi rei debitae possessores, aut verae dominae factae fuerint l. 2. l. si in solutum. 6. C. de oblig. et act. l. penult. et ultim. C. quand. fisc. vel privatus, adeo ut nec transirent in contrahentium heredes, si non id fieret, inductumque esset sola potestate legis. 12. tabul. l. 1. C. si cert. petat. l. ultim. C. de hereditat. act.: inducta nimirum fictione hereditatis, quae personam defuncti repraesentat l. non minus. 31. §. de hered. instit. l. hereditas. 34. §. de acquir. rer. domin., ut quidquid fuit in hereditate, quae iuris nomen est, transferat in heredem l. 8. § scaevola §. si is qui testam. lib. iuncta l. hereditas. 50. sup. de petit. hereditatis: recte igitur a Ulpiano responsum extitit creditori adversus inquilinos utilis actionis subsidio suffragandum esse: creditore enim debitori neque per titulum universalem ex leg. 12. tab. introductum, neque per viam hereditatis, sed ex solo proprio et singulari contractu succedere dicitur

a Cautionis exemplo In praesenti versiculo a paritate argumentatur Ulpianus hoc modo: sicut creditori cui a debitore suo debitoris nomen oppignoratum est aequum est competere aliquam actionem utilem, cum

directa

directa ei competere nequeat, pro ita nobis fusso in l. grege 13. § cum pignori h. t. Ita etiam in hac specie ad actionem utilem recurrendum est. Subtilitate enim Juris attenta non valet constitutio pignoris pensionum futurarum, quia licet dominus obligationis debitor sit, non est tamen dominus tempore pignoris constitutionis pensionum futurarum l. 1. § de de liberat. legat. et tamen æquum est ut aliqua actio creditori concedatur utilitate publica ita suadente, ut scilicet ita invitentur homines ad mutuandas pecunias in tam magnam Reipublicæ utilitatem. Interest enim Reipublicæ Edificia quæ ruinam, et casum minantur, itemque collapsa restitui, ne urbs ruinis deformetur l. Prætor ait. 20. § hoc interdictum § de oper. nov. nunciat. l. 2. § si quis nemine l. ultim. § ne quid in loco publico

L. 21. Idem lib. 73. ad Edictum

Si inter Colonum, et procuratorem meum convenerit de pignore, vel ratam habente me conventionem, vel mandante: quasi inter me, et Colonum meum convenisse videtur.

Ad. l. si inter. 21.

Ratio Dub. Per procuratorem, nisi ad hoc mandatum habeat pignus constitui nequit l. solutum. 11. § per liberam. sup. de pignorat. act. cum. § seq.: obligationes omnes ut unusquisque acquirat, quod sua interest introductæ sunt, ut autem alij acquiratur in cuius potestate non sum nil interest mea l. stipulatio ista. 38. § alteri. § de verb. oblig. In tantum etiam in procuratore requiritur mandatum ut non sufficiat qualecunque, sed ad hoc requiratur speciale; diligenter enim fines mandati custodiendi sunt l. diligenter. 5. sup. mandat. (nisi mandatum esset generale et cum libera et generali administratione, vel etiam universorum bonorum administratio ei permissa esset ab eo qui sub pignoribus mutuas pecunias accipere solebat. l. vel universorum. 12. sup. de pignorat. act.) male igitur Ulpianus se gessit dum hic indifferenter attestatur: pignus per procuratorem constitutum, man

dato

mandato domini, vel ratihabitione subsequenter vires habere
: perinde enim est, ac si diciret: pignus per quem libet procura
torem constitutum (dummodo mandatum, vel ratihabitio domi
ni sequatur) firmum ac validum esse cum oratio indefinita, qui
polleat universali l. si servitus. 22. sup. de servitut. urb. pred. l. si
ita relictum l. Plurib. 44. ff. de leg. 2. et lex generaliter loquens
generaliter sit intelligenda l. de pretio. sup. de public. in rem act. l. In
fraudem. § ult. ff. de testam. milit. at falsum est, ea enim quae ges-
ta sunt a nobis, cum ex nostro contractu originem trahant, nisi ex
nostra persona obligationis initium sumant inanem actum nos-
trum afficiunt ita Paulus in l. quicunque. 11. ff. de oblig. et act.
Decid. licet quod meo nomine non est gestum ratum habere non
possim l. si pupilli. § sed si ego. sup. de negotio est., si tamen ra
tum habeo, quod meo nomine gestum est ratihabitio retro trahitur
et perinde habetur, ac si mandassem l. si ego sup. tit. eod. l. si quis
offerenti. l. vero procuratori. § fin. l. qui cum eo. § fin. ff. de solut.
Hinc dicitur, quod si aliquis emat rem sine mandato nomine meo
, et per traditionem receperit, si ego postea ratam habeo emptio
nem, perinde queritur mihi dominium, et possessio per ratiha
bitionem, sicut quae retretur per procuratorem qui mandatum
haberet l. Comunis. § Procurator ff. de acquir. posses. Quodque non
solum in contractibus procedit, verum etiam et in delictis quae per
alium committi possunt: si deiecisti aliquem de possessione nomi
ne meo, et ego ratam habeo, perinde teneor interdicto unde
vi ad possessionem restituendam, et alia damna illata, sicut tene
rer si a principio mandassem l. 1. § sed et si cum quis. ff. de vi et vi
armat. l. hoc iure. § deijcitur. de regul. Iur. at qui dubium non
est quin Procurator habens speciale mandatum ad pignus consti
tuendum possit illud constituere d. l. si solutum. 11. § sed si procu
rator. sup. de pignorat. act.: quidquid enim a vero procuratore
factum est perinde habetur ac si a domino factum esset l. Res enim

mandatum

mandatu 39. l. de acquir. rer. domin. non igitur in nostro casu est omnino necessarium mandatum precessisse, sed sufficit quod postea sequatur: mandatum enim superveniens omnia quae a procuratore gesta fuerunt ratificat l. Julianus. sup. qui satisd. cog.

§. 1.

Si debitor servum, quem a non domino bona fide emerat, et pignoravit, teneat serviana locus est, et si adversus eum agat creditor, doli replicatione exceptionem elidet. et ita Julianus ait: et habet rationem

Ad. §. si debitor. 1.

Eadem fere sententia Ulpiani est in pnti lege, quae fuit Pauli in l. si ab eo. sup. h. T., et eadem met sunt rationes dubitandi, et decidendi in utraque. Dub. quoniam data esset res pignori ab eo qui non habebat illam in bonis. Decidendi vero quod non minus fuenda sit esset ea conventio per Pretorem, quam si a vero domino facta fuisset, cum ab eo facta videretur quem Pretor tamquam dominum habuisset, et cui sti domino rei vindicationem (tametsi utilem) fuisset concessurus. sed his non obstantibus alii sequuntur

Ratio Dub. Bonae fidei emptori publiciana agenti iusti dominij exceptio nocet l. exceptio. 16. cum l. seq. sup. de public. in rem act. : obstare igitur et talis exceptio debebit et creditori, qui ab eo causam habet. nam enim melioris esse debet, quam auctor huius vulg. l. nemo plus Juris. 54. de regul. Jur. Porro actio qua experitur creditor adversus suum debitorem a quo rem alienam in pignus acceperat, non serviana, sed contraria pignoratitia censetur ita Ulpianus in l. si rem. 9. et Paulus in l. Tutor. 16. § contrariam sup. de pignorat. act. at in proposito creditor a suo debitore res aliena in pignus accepisse dicitur (licet enim bonae fidei emptor tamquam dominus a Pretore habeatur, non est tamen vere dominus l. 1. §. 1. sup. de public. in rem act.

§ nam tu cui

quam sicut Inst. de act.) non igitur creditori serviana est concedenda, sed potius contraria pignoratitia.

Decid. actio serviana utilis saltem concedenda est creditori adversus suum debitorem possidentem rem alienam, pignori bona fide datam. Non enim novum est, ut deficiente actione directa utilis competat aequitate tamen ita hoc suadente (ut multoties a nobis dictum extitit). at in praesenti summa aequitas facit pro creditore. Improbus enim est debitor, si ideo se posse conveniri neget, quod alienus servus fuerit, quem pignori dedit, cum eo tempore quo dedit suum esse affirmaverit, ut proinde ex mendacio suo arguatur; qui non modo contra factum suum venire velit ad sui utilitatem, quod nunquam ferendum est; sed etiam contra suam affirmationem quod dolo semper proximum est l. si quis affirmaverit. 9. sup. de dolo l. Julianus. 13. § quid tamen sup. de act. empt. non immerito igitur in propositio Ulpianus serviana utilem huic creditori (quantumvis adversus debitorem) praestat. qui si forsan de dominio alieno excepit per doli replicationem ea elidenda venit: Licet enim conventionis tempore debitor fuisset in bona fide, cum putaverit servum suum oppignorari, nunc tamen dolo faceret, et mendacium suum fateretur, cum negaret fuisse dominum, non quia falsa esset negatio, sed quia declararet falsam fuisse suam affirmationem, et quidem dolo malo, cum hodie nil eius interesset, an vera fuisset, vel falsa, si modo bonam fidem vellet agnoscere, nec pignoris contraversiam ei facere, cui et pignus a se datum esse, et debere se non inficieretur. at omnis improbitas coercenda est, saltem data utili aliqua non solum exceptione, sed etiam si opus fuerit actione l. si quis dolo 51. §. 1. l. de re iudic.. quibus etiam simile id quod in l. 2. § circa l. de dol. mal. except. responsum extitit. Dominij exceptio per tertium apposita quivere dominus sit, puto quod talem actionem impediet, sicut et Publicianam impedit. d. l. Exceptio. 16. sup. de public. in rem act. Non autem si per debitorem fuerit de

ea obiectio

Pignoratio contrario competit creditori de re sua deli-
berem non quidem ad pignus recuperandum cum non sit re-
alis actio. Sunt enim omnes pignoratitiæ actiones bonæ fidei
quæ contrariæ, quæ directæ, actionem autem Inst. de act.
sed adimere sibi tantum sibi ex decipiendo potest ut in pari delic-
rem. g. ?. l. si Tutor. 6. ℔ contrariam. sup. de pignorat. act.
℔ Videndum tamen est Vlpianum hic de ordine quo
rantur agi, nam si sic esset mandatum debitori ejus rem
posset, qui vigue scientem decipere non potuisset, quem rec
centiorem debuit l. 1. vii fin. sup. de act. empt. ?. l. Tutor. 16
℔ contrariam. vi fin. l. Nam si sit 26. sup. de rei vindicat.

§. 2.

Quidquid pignori commodi sive incommodi contribuit al-
lectit: id ad debitorem pertinet

Ad ℔ quidquid. 2.

Rapi Dub. Inter casus fortuitos computatur furtum factum
a servo fugitivo ad hostes, qui nec fugere solitus erat, nec ejus
divi l. si a bonæ fidei. 21. sup. de rei vindicat. l. Rem mihi sup. com
mod. atqui tali casui debet indemnem eum qui custodiam pes-
sare tenetur ? l. Rem mihi. 21. ℔. 1.: sicut enim incendium
non fit sine culpa habitantium a proximo l. 1 ℔. 1. sup. de offic.
præfect. vigil., ita neque furtum sine culpa eius, qui rem, ne fur
rui alienam custodire diligentius debuit l. cum duos 52. ℔ dam
no. hic pro socio l. videamus. 11. ℔ fin. sup. locat. at custodiam
rei. hic pro socio l. videamus. 11. ℔ fin. sup. locat. at custodiam
rei commodatæ, non minus quam commodatarius eius
rem commodatam creditor pignori tenetur l. si cum venderet. ℔. 1.
sup. de pignorat. act: igitur damnum in pignore etiam per ves
tutem casum eveniens creditor resarcire adversarium debet: accidit
quod si impetu vel vi fluminis pignora sunt, hoc periit pig-
nus fruitur l. si communi. 12. ℔ si quis hic sup. de pignorat. act. non
potest enim res esse obligata, quæ nulla est l. si partum. 19. hic.
quemadmod. servit. amitt. quo in casu debitori creditum dam

ni si eam

damnificatum esse creditorem negare nequimus. Tametsi enim personalis obligatio ob quam pignus fuerat constitutum adeuch duret interest tamen creditoris pignori potius incumbere, quam in debitoris personam etiamsi maxime solvendo sit experiri. § furti actio Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.

Decid. Casus fortuitus quos nullum humanum concilium prævidere, aut impedire potest, a nullo prestantur l. contractus 23. in fin. de reg. Jur. l. si merces. 25. sup. locat. Semper ista enim casibus imputanda sunt l. Inter causas. 26. § non omnia sup. mand. l. si pupillares. 10. § de administr. tutor. l. rebus. 18. sup. commod. l. quæ fortuitis. C. de pignorat. act. Parum enim proficit custodia adversus vim maiorem, sive divinam, sive humanam l. ad eos. 19. sup. commod. l. si ea res. 31. sup. de act. empt. Custodia namque obligat tantum ad prestandum dolum, aut culpam latam, aut levem, sicque dicitur casus istos ad dominum ratione dominij pertinere. d. l. quæ fortuitis l. pignus. C. de pignorat. act. atqui pignoris, non creditor, sed debitor dominus est: sola enim possessio est quæ ad creditorem transit proprietate penes debitorem remanente l. cum et sortis. 33. § 1. sup. de pignorat. act.: recte igitur in pnti responsum est ea quæ in pignore per fortuitum casum ad debitorem, non autem ad creditorem pertinere. Furtum factum a dicto servo fugitivo ad hostes vere fortuitus casus appellari nequit, non enim est vis major quæ sola vere inter fortuitos casus numeratur d. l. si cum venderet § 1. sup. de pignorat. act. Taleque furtum ideo creditor prestare teneretur, quia scilicet in culpa esset, si non vinceret servum, quem alius diligens pater famil. vinceret d. l. si a bona fide, et quoties culpa præcedit casum, si modo commissa sit in ordine ad talem casum et casus ille ob eam culpam contigerit culpam committens de casu tenetur: tunc enim non tam videtur teneri de casu, quam de culpa quæ casui causam, vel saltem occasionem dedit. Idque generale est in

omnibus

in omnibus, qui alioqui de casu fortuito non tenerentur. l. in rebus. 18. §. 1. sup. commod. l. videamus. 11. §. 1. sup. locat. l. 2. § vis fluminis sup. si quis caut. l. in rebus. 66. in princip. ff. de solut. Nec per fluminis inundationem in re pignorata facta (debitoris respectu) creditoris causa deterior fieri videtur: durat enim primæva principalis obligatio. Quæ cum ita sint quis dubitare poterit commodum per fortuitum casum in pignore eveniens ad debitorem quantum ad proprietatem (de hac enim in presenti agitur pro ut recte accurs.) pertinere debere? commodum enim cuius esse debet, cuius est incommodum l. fin. § sed eam. ff. de furt. l. Julianus. § ex vendito sup. de act. empt.

§. 3.

Si res pignorata non restituatur, lis adversus possessorem erit æstimanda: sed utique aliter adversus ipsum debitorem, aliter adversus quemlibet possessorem. Nam adversus debitorem non pluris, quam quanti debet; quia non pluris interest: adversus autem cæteros possessores etiam pluris: et quod amplius debitor consequutus creditor fuerit, restituere debet debitori pignoratitia actione

Ad §. si res. 3.

Diximus cum accurs. in l. si fundus. 16. § in vendicatione. h. t.: Jusiurandum in litem summo Juris rigore inspecto non tantum concedi, si contra tertium malæ fidei possessorem hypothecaria intentatur; verum et etiam si adversus debitorem qui pignoris possessionem recuperaverat serviana exerceatur: æquitate tamen inspecta ob adductas ibi rationes tale Jusiurandum adversus ipsum debitorem nullum effectum parere posse: hanc que esse Ulpiani mentem in presenti §. attestati fuimus. Subtellissimus tamen Anton. Fab. lib. 16. coniect. cap. 16. pro constanti ostendere conatur Ulpianum in presenti de in litem Jusiurando ~~in presenti~~ non egisse duobus scilicet potissimis rationibus P.a quod Jusiurandum in

Litem

150 in litem ab eo dumtaxat sit faciendum, qui dominus litis
fuerit: creditorem autem non esse litis dominum in hypothe
caria, sed solum debitoris procuratorem. 2.° quod verbum illud
(pluris) de quo hic Ulpianus mentionem facit, non ad estimationem
per Jusiurandum auctam referendum sit, sed dumtaxat ad pig
noris estimationem, quae semper solet esse major, quam debiti. sed
male quidem: non enim Ulpianus noster verba illa adversus autem
ceteros possessores etiam pluris litem estimari adjicere potest ad deno
tandum dumtaxat quod licet per hypothecariam intentatam
contra debitorem medium dumtaxat debitum creditor consequa
tur, non tamen per servianam contra tertios possessores directam
quia scilicet per eam non solum debitum; verum et etiam totum
pignus quod semper debiti quantitatem solet accedere creditor adi
piscitur (ut male faber). Fateor quidem verum esse servianam
solummodo adstringere debitorem ad solvendum debitum, et totum
pignus tertium possessorem; contendo tamen verba illa (sed eti
am pluris) per hoc solum hic ab Ulpiano adhibita non esse: quoni
am si supponimus quod venit supponendum, tertium scilicet pos-
sessorem esse in dolo, et mala fide (si enim bonae fidei possessor est
cessat difficultas l. si fundus. 16. § in vendicatione. 1. hyp. h. t. obstat)
et noluisse arbitrio Judicis parere, quod semper condemnationem
praecedere solet, ut ipse faber. nu. 9., sed condemnationem expecta
re maluisse necessario fatendum est Jusiurandum in litem ad
versus eum creditori deferendum esse: ad aliud enim tale Jusiu
randum introductum non dicitur, quam ut per illud contumacia
estimetur, quae sic estimata condemnationem enscere faciat ut recte
noster Ulpianus attestatur in l. 1. sup. de in lit. iurand. accedit, quod
si qui suo nomine litem contestatus est sibi iusiurandum deferri
adversus arbitrio Judicis parere recusantem petere potest, et ei de
ferrendum venit l. vulgo praesumitur. 7. sup. de in lit. iurand. et
ipse faber recte fatetur at hypothecaria non debitoris, sed credi
toris nomine exercetur: soli enim creditori indulgetur § Item

Servianam

§ Item Serviana. Inst. de act. debitori vero si quiritiarium 151
dominium habet directa rei vendicatio, si tantum bonitarium
utilis dumtaxat concedi solet tit. tit. sup. de rei vendicat. et de
public. in rem. act. aliis longe ineptior, ne dicam stollidior fabri
error in eo est: Putat ideo creditorem litem suo nomine, nisi
usque ad quantitatem debiti exercere non valere, quia in su
perfluo non est creditor, sed procurator debitoris, cum illud ipsum
reddere ei pignoratitia directa compellatur. dictum sane in
dignum tanto subtiliviro Dii mihi Antoniae quaeso quidpe
tit creditor per Servianam, nonne intendit rem petitam sibi
restitui, quia ei pignorata est? certum est hoc ipsum credito
rem expostulare: ut utiliter enim Serviana intentetur, duo
desiderantur, quod scilicet sit agenti res petita obligata § Item
Serviana. Inst. de act., et quod sit possessa a reo, sive vera pos=
sessione, sive ficta ex suo dolo resultante d. l. si fundus. 16. §.
in vendicatione. Deinde iterum a te expostulo: nonne super
fluum, idest illud quod excedit debiti quantitatem est tam obs
trictum, quam illud quod adaequat debitum? certe sane, Pignus
enim individuum est l. Rem hereditariam. 65. §. de evict., et non
solum pro toto debito integra res obligata est; verum etiam, et
pro minima parte debiti l. quamdiu. 6. et pass. ed. de distract. pign.
l. 1. et. 2. ed ~~vendit~~ debit. vendit. pign. impedir. non poss. in tan
tum quod pro minima parte debiti potest creditor totam rem pig
noratam venire l. si necessarias. 8. § si unus. sup. de pignorat.
act. Quomodo igitur affirmas creditorem hypothecaria a
gentem, quantum ad id, quod debit quantitatem excedit non esse
creditorem, si illud superfluum est etiam ei pignoris nomine obstric
tum? Quomodo etiam quantum ad illud superfluum debitoris pro
curator esse poterit, si nil nisi suum negotium agit hypothecariam
exercendo? Certum enim in nostro iure illum demum procura
torem appellari, qui negotia aliena (et consequenter non sua) man
dato domini administrat l. 1. sup. de procurat.; ut enim res sua ne

mini

nemini servire dicitur l. in re. 26 sup. de servitut. urb. pred. l. uti frui. 5. sup. si usufr. petat.: ita contra, nec quemquam rerum suarum procuratorem, aut servum perhibemus. l. licet. 24. §. 13 cui sup. de procurat., cum hec nomina, et officia sint relativa, et ad aliud dominum respectum habentia et licet illud superfluum debitori restituere teneatur, ob id ellig procurator non recte appellatur, sitem enim exercet suo nomine, et ob suum interesse, et non debitoris valde enim creditorum interest pignori incumbere § furti actio Inst. de oblig. que ex delict. nasc.

a Et quod amplius. Ratio Dub. Commodatarij, et conductores, illud quod occasione rei commodatæ vel conductæ consequuntur, domino non restituere tenentur, sed sibi ipsis reservant l. Is quirem. 7. sup. locat. l. ult. §. sed cum in secundum C. de furt.: Ergo etiam et creditor quidquid occasione rei pignoratæ consequutus erit, sibi reservare debet, non autem suo debitori restituere; magis enim favere debemus creditori, qui vere pignus possidet quantum ad omnes causas accepta usucapione l. servi. 16. §. de usucap., quam commodatario et conductori, qui nullo modo possident, sed tantum sunt in possessione, quod longe diversum est l. si quis ante. 10. vinct. l. 3. § sed si is qui. 20. §. de acquir. posses. l. certe. 6. § Is qui rogavit §. de precario

Decid. Pignus non datur creditori, ut ex eo sibi lucrum faciat, sed ut per illud sibi, hæque indemnitati cautum sit, ne quo casu si fieri potest debiti, acturam patiatur l. si mandatu. 39. § ultim. sup. de mandat. l. 4. § addici §. de fideicomiss. libert. at qui in proposito præsuponitur creditorem ex parte condemnationis totum suum debitum consequutum fuisse: recte igitur ab Ulpiano nostro responsum erit, illud superfluum, quod debiti scilicet quantitatem excedit cum debitori suo restituere teneri l. qui occidit. 30. §. 1. sup. ad leg. aquill. l. creditores. 15. §. de furt. l. ult. §. de distract. pignor. Soluto enim debito ad pignus recuperandum pignoratitia directa

debitori conc

debitori conceditur l. si rem. 9. § omnis pecunia. sup. de pigno
rat. act. l. grege. 13. § etiam l. 8. Nec apud eum ullo modo re
manere potest, non tamquam lucrum, ut diximus, nec tan
dem ut pignus, cum illius causa sit iam finita per debiti sci
licet solutionem. Et licet commodatarij, et conductores illud
quod occasione rei commodatæ vel conductæ per furti actionem
consequuntur, sibi reservent; non tamen inde sequitur quod
in pnti hoc in creditore verificandum veniat. Diversa enim est
ratio creditoris, et commodatarij. quoniam Iusiurandum ob
tantummodo creditori conceditur, quia interest eius pignori
incumbere, potius quam in debitoris personam experiri §
furti actio Inst. de oblig. quæ ex delict. sicque per tale iusiuran
dum pignore recuperato, aut eius ætimatione consequuta
nil amisisse dicitur, cum licet si pignus semper possidisset nil
tamen amplius hodie haberet; non enim usus aliquis
ei competere potest, in tantum quod si pignore debitore
inscio utatur furtum committat l. si pignore. 54. §. de furt.
At commodatario et conductori datur actio furti, non tan
tum propio eorum nomine, sed etiam ad solam ipsorum
utilitatem, tamquam quorum intersit propia quadam
ratione, quia per furtum rei commodatæ, vel locatæ amit-
tunt usum quem habebant, et commodum, quod hodie
haberent si furtum factum non fuisset: est enim furtum
interversio non dominij, sed usus tantum, vel possessionis
l. 1. § ult. §. de furt. l. quæ inventa. 40. tit. eod., quod propter non
est mirum si in compensationem amissi usus eis concedat.
quod ultra per condictionem furtivam actione furti conseque
ti erunt. In actione leg. aquill. si servus pignori datus occisus
sit idem fere iuris est d. l. qui occidit. 30. § 1. sup. ad leg. aquil.
sed de utili dumtaxat de qua ibi Paulus, non autem de

directo

directa; directa enim soli domino competit l. Item mela. 11. § Legis autem l. liber homo. 13. in princip., et § si servus. cod. tit. at creditor numquam eodem tempore, et creditor, et dominus esse potest l. penult. § 1. ad finem ff. de except. rei iudic. l. neque pignus. 45. de regul. Jur.

L. 22 Modestinus lib. 7. differentiarum

Si Titio quirem meam ignorante me creditori suo pignori obligaverat, heres extitero, ex post facto pignus directo non convalescit: sed utilis pignoratitia dabitur creditori

Ad L. Si Titio. 22.

Ratio Dub. quoties res aliena oppignorata extitit, ad hoc, ut pro ea persequenda serviana utilis creditori concedatur, non sufficit quod unus et idem dominus, et debitor conventionis tempore reperiatur; maximopere enim inspicere interest, an ille qui de pignore convenitur, domino pignoris successerit, an vero dominus debitori. In 1.o casu utilis serviana creditori indulgetur, quoniam improbus est debitor qui resistit quominus utilis actio contra ipsum moveatur exceptione rei alienae opposita, cum eo tempore quo dedit suam esse affirmaverit, et sic ad contra factum veniat ad suam utilitatem, quod aquire omnino reprobatum censetur l. Post mortem. 25. sup. de adopt. In 2.o autem talis pigno serviana utilis denegatur: cessat enim improbitas et debitoris dolus, licet conventionis tempore dominus reperiatur. ita expresse Paulus in l. Rem alienam. 41. sup. de pignorat. act. at qui in pnti a Modestino pertuponitur pignoris dominum debitori successisse, a quo res sua fuerat oppignorata, et non e contra; debitorem domino pignoris: nulla igitur actio in proposito quantumvis utilis creditori adversus pignoris dominum concedenda venit: alteri enim per alteram iniqua conditio inferri non valet vulg. l. non debet. 74. de regul. Jur.

Iuris interpretes, tam Antiqui, quam Moderni vadek. re-
porquent in Modestinum, cum Paulo conciliando alciatus lib. 7.
Parerg. cap. 14. putet, apud paulum dictionem sumsim
vertendam esse in dictionem (non) interrogatione etiam addita
quasi sit legendum: nam est idem diendum? quod sane fal-
sum est, cum sequenti statim Paulum in tali casu nullo
modo dubitasse. Alij sunt qui putant Paulum sequentem
fuisse secundum veritatem; Modestinum vero secundum
scripturam quod ex merito a subtilissimo viro Antonio Fabro viro
consulendo adhibendum. ff. de rebus alienam. ff. vers. nonne est impugnatus. Do-
ctissimus vir Jacob. Cuiat. lib. 29. Observat. cap. 26. quo se veritat
nescit: partim enim contendit Paulum cum Modestino pugna-
re, dum inquit: sed plane dubitandum est in hac quæstione Modestinu
cum Paulo pugnare? et partim sic conciliandos esse existimat,
Paulum videlicet intelligendo, si directam actionem creditori de-
est, non vero si sem. quod sane inprobabile est, cum ita ca-
ret, non vero si sem. quod sane inprobabile est, cum ita ca-
ret, non vero si sem. quod sane inprobabile est, cum ita ca-
ret

156 ~~16~~ 20. de verb. oblig. l. si ita stipulatus 126. § Chrysogonus versic. sequens stipulatio tit. eod.; maxime cum solida iuris ratione ista interpretatio validetur. Jus enim nostrum constituit adversus debitorem qui rem alienam, vel alij obligatam pignori dedit contrariam actionem pignoratitiam dandam esse l. si rem. 9. l. Tutor. 16. § contrariam sup. de pignorat. act.: ~~eamque~~ at in proposito fuit res aliena pignori data mirum itaque non est ~~qui~~ si pignoris dominus qui heredis titulo debitori successit ~~directa pro~~ contraria pignoratitia teneatur: heres enim una, et eadem persona cum defuncto censetur l. heres et hereditas. 22. §. de usucap. novell. 48. in princip. de Jureiurand. a morient. prestit., eiusque factum prestare tenetur l. Ex qua persona. 149. de regul. iur. l. cum a matre 14. C. de rei vendicat., et tot. tit. C. de heredit. act.: Nec refragatur Anton. Fabr. obiectio ub. sup.: potius scilicet modestinum intelligendum esse de reali hypothecaria, et Paulum de personali pignoratitia, quam e contra, quasi argumentum ad cognoscendum de qua actione tractetur sumi debeat a rubrica titul.; Regula enim ista procedit quoties scilicet sumus in dubijs, secus in claris pro ut in pnti: Expresse enim modestinus de pignoratitia actione hic agit, quod est intelligendum de personali pignoratitia contraria: verba enim sunt intelligenda, ac interpretanda secundum propiam significationem, et ab ea nullo modo est recedendum l. non aliter §. de leg. 3. (nisi ex subsequentibus contrarium colligatur, pro ut in d. l. Rem alienam. 41. ubi propter verba in medio posita, videlicet: hoc enim modo pignoris persecutio concedenda non est creditoris colligitur Paulum in princip. et fin. d. l. non de personali, sed de reali hypothecaria utilitamen egisse; verba enim per prius et posterius intelligi debent l. hoc legatum §. de leg. 3.). At secundum propiam significationem (actionis pignoratitiae stilis) contraria pignoratitia continetur

l. si quasi

l. si quasi. 3. d. l. si rem. 9. § contrariam l.is Tutor. 16. sup. de pign. act. non autem hypothecaria utilis. hec enim conceditur ad pignus recuperandum directa scilicet deficiente, d. l. Rem alienam 41. sup. de pignorat. act.; illa autem ad recuperandum id quod creditoris interest rem alienam ei oppignoratam non esse d. l. Tutor 16. § contrariam cum similib. Nec novum in nostro iure est, quod sub titulo de pignoribus de pignoratitia personali agatur, ut videre est ex l. qui pignori. 19. h. 8. et C. contra quod sub titulo de pignoratitia actione, de pignoris obligatione constituenda, et consequenter de reali hypothecaria tractetur, ut constat ex l. 1. § si igitur 1., et ex l. si debitor. 2. sup. de pignorat. act. Ex predictis liquet modestinum in pnti nil aliud querere quam: an pignus rei alienae constitutum, si postea illius dominus debitoris heres factus fuerit, an ex hoc convalescat, et recte negative resolvit; licet enim regula sit successionem habere vim ratihabitionis at pignus rei alienae constitutum per domini ratihabitionem validetur l. si fundus. 16. §. si nesciente. h. t. Predicta tamen regula non militat in his que defunctus gessit nomine suo, sed in his tantum que gessit nomine sui heredis, videlicet, si rem eius obligaverit pro ut in l. Paulus respondit. 29. in princip. et §. 1. h. t.; Ratum enim habendo aliquod negotium illud meum faceo nequeo, si meo nomine non fuerit gestum l. si pupilli. 9. § sed si ego. sup. de negot. gest. Quo dubio sic negative resoluto (quantum vis facite) iterum expresse querit: an saltem adversus verum pignoris dominum uti in debitoris heredem actio contraria pignoratitia creditori concedenda sit, cui recte affirmative respondit: heres enim defuncti factum prestare tenetur d. l. ex qua persona. de reg. iur. et d. l. cum a Matre. 14. Ed. de rei vendicat.

L. 23. Idem lib. 3. regularum

Creditor pignora sibi obligata ex causa pignoris, locare recte poterit

Ad. l. Creditor. 22.

Ratio dub.

138 Ratio Dub. Pignus non datur creditori, ut ex eo lucrum aliquod faciat, sed ut per illud sibi sue que indemnitati cautum habeat, nisi cum anti Chresis contracta est sive expresse ut in l. si pecuniam 33. sup. de pignorat. act. l. si 15 qui. 11. §. 1. sup. h. T. l. si ea pactione. 14. l. si ea lege. 17. c. de pignorat., sive tacite, ut in l. Cum debitor. 8. §. quibus mod. pign. vel hypoth. fac. contr. at qui si liceret creditori prædia sibi oppignorata alijs locare, ex re pignorata lucrum sibi consequeretur; sicut enim venditio sine prætio esse nequit, et rursus prætium absque pecunia numerata l. 2. §. 1. sup. de contrah. empt. § Item prætium Inst. de empt. et vendit. Ita nec locatio potest fieri absque mercede, nec merces illa constitui quam in pecunia numerata l. si vir uxori. 52. §. de donat. inter. vir. et uxor. l. si merces. 23. sup. locat. et conduct.; Et quemadmodum emptor actione ex vendito ad prætij solutionem tenetur, nec aliter liberatur, quam si faciat pecuniam accipientis l. Ex empto. 11. §. 1. sup. de act. empt.; Ita nec aliter liberatur conductor solvendo mercedem, quam si dominium pecuniæ transferat in locatorem l. Julianus. 13. § sin locatus. 11. sup. de act. empt.: non poterit igitur creditor prædia sibi obligata alijs locare Quanto magis, quod inscio debitore per se vel per alium pignore utendo furti tenetur l. si pignore. 54. §. de furt.: qui enim per alium facit per semet ipsum facere videtur l. 1. § de iecisse. §. de vi et vi arm. l. hoc iure. § de iecit. de regul. Iur.

Decid. Licet creditor pignoris dominus non sit, tamen vice, et loco domini quodammodo habetur, tamquam ipsius procurator in rem suam l. si pignori. 29. sup. famil. Ercis.. at facere non tantum potest, sed etiam debet in pignore, quidquid dominus, et alius diligens pater familias facturus esset l. Ea igitur. 14. sup. de pignorat. act.. atqui quilibet diligens Pater familias non pateretur prædia sua, sive urbana, sive Rustica illocata remanere; Prædia enim Rustica per culturam meliorantur l. non intelligitur § divi fratres. §. de iure fisci, et ex urbanis locator mercedem sibi abrahit: recte igitur

hic respo

hic responsum est creditorem posse pro dia sibi obligata alijs lo 159
care. Imo si ea non locat pignoratia directa tenebitur. Ea enim
actione creditor debitori suo de dolo, et ~~ut~~ culpa tenetur l. si cum
venderet. 13. § venit. 1. sup. de pignorat. act. qui autem neggli
gens est qui non facit quod facere debet, eo ipso facit contra id
quod facere debet secundum Juris regulam l. qui non facit. 12.
de regul. Jur.; Ideoque solemus dicere non minus culpam contra
hi in omittendo, quam in committendo, et quamvis regulariter mul
to levius, interdum tamen etiam gravius, quam enim multa
sunt, quae non modo sine culpa, sed etiam sine scelere praetermitti
non possunt. Itaque cum dicimus teneri creditorem de non facto suo
, hoc ipso satis dicimus teneri cum de facto suo, quamvis minus proprie
, sufficit enim ea ratione miserum debitorem fieri pauperiorem
, ut offendat iuris naturalis, et civilis regula, quae non patitur alteri
per alterum iniquam conditionem inferri vulg. l. non debet
alteri. 74. l. factum. 123. de regul. Jur. Nec per talem locationem
ullum lucrum sibi creditor captat: merces enim perceptas prius
in usuras (si forte ei debentur), deinde in sortem imputare tenetur
, et si ultra sortem et usuras aliquid ex mercede remanet id totum
debitori pignoratia directa restituere compellitur l. 1. et. 2. C. de pig
norat. act.

§. 1.

Pignoris obligatio etiam inter absentes ex contractu obligatur

Ad. §. Pignoris. 1.

Ratio Dub. In omnibus contractibus, etiam in his qui re perficiuntur
voluntatem, et effectum contrahentium ex utraque parte concur
rere opus est l. In omnibus. 35 l. In omnibus. 58. §. de oblig. et act.;
aliud enim est contrahere, et aliud velle contrahere, quemadmo
dum aliud est pignus obligare, et aliud est velle illud obligare. qui
enim dicit in omnibus contractibus consensum requiri, intelligitur
haud dubie de presenti consensu, qui interveniat non tantum in

contractus

contractus tractatu, sed etiam in ipso contractu. quomodo igi
tur fieri potest ut presens interveniat concensus inter absentes?
Porro pignoris appellatio propria, quae traditionem exegit diuturna
pugno, quia scilicet res quae pignori dantur manu traduntur l. Pleb.
est. 138. § pignus. de verb. signif., quomodo igitur debitor in urbe
sidens creditori suo in provincia commoranti manu sua pignus
tradere poterit? Sane hoc impossibile est, et consequenter nulla
obligatio isto modo contracta: Impossibilitas enim, sive naturalis
sive civilis nullam penitus reddit obligationem l. Impossibilium
185. de regul. Jur. l. filius. 15. §. de condic. Instituit.
Decid. Concensus non tantum inter presentes intervenire potest, ve
rum et etiam inter absentes, aut per nuntium, aut per Epistolam,
nam si debitor per nuntium, aut per Epistolam mittat ad creditorem
rem pignorandam, et litteris vel nuncio declaret se ei velle rem mis-
sam pignori dare et creditor etiam litteras acceptando se talem rem
in pignus velle habere nuntio, vel alijs litteris manifestat, negari
non potest, quin concensus presens intervenerit, et quin res oppigno
rata a creditore tradita videatur, quin enim per alium facit
per se met ipsum facere videtur l. si ita § quod si quis. et § gessisse
§. de administrat. Tutor. l. 1. § de ie cisse. §. de vi et viarm. l. hoc iure
§ de iecit. de regul. Jur.. Et traditio etiam absenti per mediam per
sonam fieri potest l. 1. § per procuratorem l. qui absenti. 38. l.
praedia. 48. §. de acquir. posses.. qua ratione donationem absenti
factam validam esse placuit. l. absenti. 10. §. de donat.. valida erit
igitur pignoris obligatio inter absentes per literas, vel per nuntium
celebrata, nisi continuo ac statim post lectas litteras creditor testa
tionem interponat contrariae voluntatis, ut Paulus noster, quamvis
in specie dissimile loquitur in l. si filius familias. 16. sup. de SC. Maud.
Nec quod medio tempore debitor mutaverit voluntatem impedit
perfectionem contractus, nisi de mutatione illa certio averit ab
sentem ante praestitum ab eo concensum l. 1. §. 1. sup. quod iussu

l. sed et tota

L. Sedet Socius. 17. §. 1. f. pro socio

L. 24. Idem Lib. 5. regular.

In quorum finibus emere quis prohibetur, pignus accipere non prohibetur

Ad L. In quorum. 24.

Ratio Dub. Non est dubium in legem committere, ac incidere eum, qui verba legis amplexus contra legis mittitur voluntatem ita Impp. Theod. et Valent. in l. non est dubium. 5. Ed. de leg. et constitut. princip. et Paulus in l. contra legem. 29. sup. de legib. at qui si licent magistratibus in provincijs in quibus suo munere fungentur pignus accipere facile legis fraudem committere possent: magistratibus enim in provincia in qua resident bonorum emptio interdicta est (nisi sint paterna quae a fisco distrahantur, quoniam cum bona publicata quamdiu apud fiscum remanent perpetua quandam praeferant expiationem criminis, quod publicationi causam dedit, cuius memoriam cum eorundem bonorum recuperatione deleri quantum fieri potest sane interest filij, adeoque quodammodo Reipublicae poterit magistratus ea emere L. qui officij 62. sup. de contrah. Empt.) Et in tantum verum est aliorum bonorum emptionem eis interdictam esse, ut non solum per se, verum et etiam, nec per interpositam personam emere valeant, et si emant, non solum ad rei restitutionem conveneri possunt, verum et etiam in quadruplum ex Divi Severi, et Antonini rescripto ita Martianus in L. non licet. 46. sup. de contrah. empt. at per pignoris constitutionem emendi bona debetoris creditori ansa praestatur: Non solum enim creditor pignus tertio vendere potest si ei statuto die debitum non solverit, ut ex illius venditione possit sibi satisfacere, et pecuniam sibi debitam recuperare L. a divo Pio. 15. § si pignora. et pass. j. de reiudic. verum etiam et sibi emere potest, et non solum potest, sed etiam tenetur L. 2. C. si in caus. Judic. pign. capt. sit non poterit igitur magistratus in sua provincia pignora a debitoribus suis accipere, distrahendo enim illa facile possent compellere miseros debitores ad pignora distrahenda minoris iusto pretio, cum magistratuum persona

propter

162 propter eorum dignitatem, et potestatem remittis plerumque
sit, si quando forte fiscum eum exhibere velint L. Unic. C. de Mur.
fisc. Provinc. vel ad eum partin. Sponsalit. de dr. Aperiat. de rebus
melius cautis L. Unic. C. de rescind. vendit. L. Unic. C. si quacunque pu
dicitia potest. l. 1. C. de Liberat. pecun. patrocin. Liberg. prest. Et rari reperi
untur, qui dignitate, et potestate sua sic utantur, ut non etiam plu
rimque adhibeantur L. 2. sup. de his qui sunt sui vel alien. iur.
Decid. Fiscum publicum neminem damnosum esse debet L. vid. hier. lg
sup. ex quib. caus. major. sicut nec privatum L. si quis ex negligentia
tribus 7. L. testam. quemad. aper. L. Si Servus. 61. § quod vero. ff. de furt.
neque enim ad minorem nocere cuiquam dignitatem illam oppri
met L. ad Julianum 6. C. de metus caus. Principum vero in majo
ribus, et in supremis magistratibus, quos credit Princeps non alios esse
vindicaturos, quam esse ipse vindicatus L. Unic. sup. de Offic. pretor.
prov. Atque si eis non licent pro mutua pecunia alteri data pigno
ra accipere eorum dignitas eis esse damnosa. Plus enim cautionis
semper esse solet in re, quam in persona vulg. l. Plus in cautionis
de regul. Jur., et expedit etiam publicis creditoribus pignoribus nicum bene
quam in debitorum personas etiam si maxime illorum debita
peniri § Furtia alio Inst. de Obligat. quae ex delict. nasc.: recte igitur in
Pub. responsum extitit magistratibus in hac provincia pignora aut
pere in debitorum non esse. Et licet Emptiones, et donationes quae
rumquunque rerum, tam mobilium, quam immobilium fieri de
bis rebus agatur quae ad alienationem, aut ad vectes pertinent, per Jus
Constitut. in l. Unic. C. de contract. Judic. eis prohibitis videantur, nonta
men inde sequitur oppignorationes etiam eis interdictas esse debere.
Supradictis enim contractibus ideo eis prohibentur, quia timet legis
lator, ne tenuiores a potentioribus opprimerentur, cum ex tenuis modicum
valetudo magnum lucrum captarent, et quamvis nec passim, nec
semper id accidat, sibi tamen, et debet prudens legislator cavere
ne accidat, id quod accidere potest l. hi quis domum. g. § 1. verse

Idem

Idem quaeritur. sup. locat. quae constitutio fuit sane aequissima et
Reipublicae utilis, quamdiu magistratus, sive urbani, sive Provin
ciales, non nisi temporalem potestatem, et administrationem habue
rent, sed facta est perinqua quomodo in beneficio Principis
Paulus loquitur in l. ex facto. 43. versic. etenim. ff. de vulg. et
pupil. ex quo caeperunt magistratus esse perpetui, sic enim fieret
ut eis perpetua commercio interdiceretur, quod esset iniquissimum,
et contra ius gentium l. quod si minor. 24. § non semper sup. de mino
ribus, ideoque ab eo tempore contrario usu sublata est) In pignoris
autem contractu periculum coactionis cessat. Licet enim magistra
tus aliquid in pignus accipiat, sed non devenitur ut ipse accipiat illud
sibi in solutum, vel in emptionem, sed ut no soluta ad diem pecu
nia alij vendat pro suo debito quod est a iure permissum l. non
est novum. 44. ff. de acquir. rer. dominio, et tunc tenetur id quod
ultra sortem, et usuras acceperit pignoratitia directa debitori
suo restituere l. Eleganter. 24. § si vendiderit. 2. sup. de pignorat.
act. l. cum convenit. 20. § si res pignorata ult. h. t. Nec per huius
modi pignoris constitutionem res alienas emendi magistratibus
occasio praestatur. Creditor enim non potest sibi emere pignus a
se ipso iure creditoris venditum, quoniam non potest idem esse
esse emptor, et venditor, cum necessario venditoris, et empto
ris distinctae personae esse debeant l. 1. sup. de rerum permutat.
adeo ut si creditor emat illud per interpositam alterius personam
nil agat, talisque venditio nullius esse momenti dicatur l. qui
sub imagine. 10. C. de distract. pignor. Illud autem quod dici
solet teneri creditorem rem sibi oppignoratam emere de illa
emptione intelligendum est quae fit officio Judicis, et eius im
perio, licet urgente ipso creditore: quae non tam a credi
tore, quam a debitore ipso fieri intelligitur. factum enim in
iudicis, est factum partis. l. 1. et. 2. C. si in caus. Judic. pign.

capt. sit

capt. sit L. 1. cd. si antiq. credit. pign. vend. Inde est quod hoc casu debitor cuius res vendita est, et cui soluto proficit de evictione teneatur, et non creditor, qui rem vendi postulavit L. si ob causam 13. Ed. de Evict. Ex quo apparet quam graviter decipiantur nostri pragmatici, qui leges omnes et Rubricas Pandectarum et Codicis de distractione pignorum loquentes, ad eas venditiones accommodant, quae hodie sub hasta fiunt postulantibus creditoribus authoritate Judicis, quae tamen non ad alium titulum pertinent quam ad supra dictum sin in caus. iudicat. pign. capt. sit, et ad d. L. ac Divo Pio Pr. de re Judicat. Omnia enim pignora venduntur hodie tanquam Judicialia cum omnia etiam Conventionalia Judicis autoritate capiantur, nec privata pignoris venditio, et extrajudicialis fere ulla sit, sed omnia fiunt publice, et autoritate Judicis interveniente. Ex quibus observandum remanet hodie licere magistratibus, quibus res aliqua oppignorata fuit ~~cum~~ sibi emere, tamet si olim nec per interpositam personam esset hoc eis permissum d. L. qui sub imagine. 10. Ed. de distract. pignor. Cum enim hodie (ut dictum extitit) pignora omnia etiam conventionalia autoritate Judicis distrahantur cessat fraudis suspicio; Judicis enim decretum omnem fraudis suspicionem tollit L. 1. in fin. sup. de offic. praesid. L. 2. §. Publicanus j. de vi bonor. raptor. L. minis. C. de acquir. poss.

L. 25. Idem. Lib. 8. regularum.

Cum vitiose, vel inutiliter contractus pignoris intercedat, retentioni locus non est, nec si bona creditoris ad fiscum pertineant

Ad. L. cum vitiose. 25.

Ratio Dub. Jus retentionis datur naturaliter possidenti, conceditur enim depositario L. Bona fides. 31. § incurrit. sup. deposit. L. sufficit. 33. sup. de condict. indeb. quem dicimus solum modo naturaliter possidere L. comuni. 7. § neque colonis sup. comun. dividund. L. vide

amus

Videamus 38. § si possessionem. ff. de usur. atqui creditor cui pignus etiam inutiliter contractum datum est illud naturaliter possidet. Possessio enim naturalis illa dicitur quae corpore possidetur, nec interest, utrum iuste, aut iniuste l. 3. § ex contrario. ff. de acquir. posses. ergo et indulgendum est creditori pignus inutiliter contractum possidenti. quanto magis quod retentio etiam ei qui vitiose possidere dicitur conceditur, praedoni enim datur l. Domum. 5. C. de rei vendicat., quem sane vitiose possidere negare nequimus, cur igitur in proposito creditori non concedatur? absurdum enim est melioris conditionis esse praedonem, quam bonae fidei possessorem ut ex se satis patet

Decid. Retentio non conceditur inutiliter, ac vitiose possidenti l. 1. in fin. sup. C. T. atqui hic a Modestino praehuponitur creditorem pignus vitiose contractum possidere recte igitur huic creditori retentio denegatur. In specie autem d. l. Bona fides. 31. § 1. sup. deposit. non ideo depositario conceditur retentio, quia scilicet naturaliter possideat, sed quia praehuponitur fuisse dominum rei depositae, quam ignorans in depositum suscepit, et ignorans quoque restituit, et transtulit in furem. Et in specie d. l. domum. 5. ob impensas in re vendicata per praedonem factas ei conceditur retentio, quem sane eas saltem per viam retentionis deducere posse aequitati naturali consentaneum est l. Plane. 38. vers. sed benignius. sup. de petit. haeredit., non autem ob bonam naturalem possessionem

a Nec si bona. Ratio Dub. In pleriisque casibus melior est causa fisci, quam privatorum, ob multa privilegia que fiscus habet, privati non habent de quibus in tit. de iure fisc. ff. et C. Lib. 10. tit. 1. et C. de pupil. fisc. Ergo licet privato creditori pignoris inutiliter contracti retentio non concedatur, non inde tamen sequitur quod fisco creditori illa veniat deneganda alioqui sequeretur in pignoris causa non meliorem esse conditionem fisci quam alterius

alterius cuius libet privati creditoris, quod tamen falsum est l. quae mihi. 28. l. autem 46. § fiscus. ff. de iur. fisc.

Decid. Fiscus in omnibus causis in quibus non habet privilegium iure comuni privatorum utitur; imo vero interdum peioris est conditionis, adeo ut non erret qui in dubio pro privato contra fiscum respondeat l. non puto. 10. ff. eod. ill. tit. l. Item veniunt. 20. § in privatorum. sup. de hereditat. petit. atqui circa pignora nullum privilegium nisi in dd. ll. quae mihi 28. et l. autem. 46. § fiscus. contentum fisco conceditur. Ergo extra hos casus nulla differentia constituenda est inter causas fiscales, et privatas maxime in proposito cum regula sit pro pignore inutiliter contra eo retentionem competere non posse d. l. 1. sup. h. 8.

L. 26. Idem lib. 4. Responsorum

Fideiussor impetravit a potestate, ut et antequam solveret, pignora ipse possideat, quasi satisfacturus creditoribus: nec satisfecit: modo heres debitoris paratus est solvere creditoribus: quaero an pignora fideiussor restituere cogendus sit: Modestinus respondit cogendum esse

Ad l. Fideiussor. 26.

Ratio Dub. Quodquis facere debet, nullo ad id faciendum praefinito tempore, fieri quandocunque potest, et satisfacit, qui quandocunque facit: sola enim temporis limitatio illa est, quae impedit, ne post tempus fieri possit, quod ante fieri debuit l. Imperator. 8. sup. de postul. l. Thais. 41. § inter caetera tempora ff. de fideicomiss. libertat. Ergo si debitor pignus fideiussori dederit, ut satisfaciat vel etiam si fideiussor ~~ad hunc~~ ut creditori solvat pignus impetraverit a potestate non poterit heres debitoris ob id solum, quod non statim fideiussor creditori solverit illud condicere licet solvere paratus sit: heres enim factum defuncti praestare tenetur vulg. l. Ex qua persona de regul. iur. l. cum a matre. 14. ff. de rei vendicat., et quod semel placuit amplius displicere non potest vulg. l. quod semel

Semel. de regul. Jur. l. Judex, l. Paulus l. Post rem. l. cum quis rebatur. ff. de rei iudic. l. 1. § fin. ff. de question. l. divi fratres. de penis

Decid. quoties datur pignus fideiussori et creditori debitum solvat, sive a Judice, sive a parte, quod unum et idem est (factum enim Judicis pro facto partis accipitur l. 1. et. 2. C. si in caus. Judicat. pign. capt. sit) inter debitorem et debitorem contrahitur non tam quod aliquid promiserit fideiussor se facturum, quam quia debitore dante acceperit, et accipiendo se obligaverit ad faciendum, quod ut faceret pignus accepit l. Jurisgentium. 7. § 1. sup. de pact., diciturque hic contractus innominatus (facio, ut facias), ex quo datur repetitio eius quod datum est, et actio praescriptis verbis si non fiat quod convenit l. naturalis. 5. § at cum do sup. de prescript. (nec est quod quis dicat esse hoc nudum pactum quo promiserat fideiussor se creditori soluturum, ex nudo autem pacto nullam dari actionem, neque ullam nasci obligationem civilem, quae contractum possit inducere ex parte illius qui accepit. non enim pacti nudi nomine, aut iure censeri potest ea conventio, quae traditione ex una parte munita est l. Dominus. 8. sup. de prescript. verb. l. ult. C. de rer. permutat. Intraditionibus autem rerum quodcunque pactum interpositum sit id valere manifestum est l. Intraditionibus. 48. sup. de pact. l. venditor. 13 sup. comun. praedior. Urban. l. Ei fundus. 19. sup. de servitut.) non est igitur decipiendus debitor qui per manum Judicis pignus fideiussori et suo creditori solverit tradidit non alio quitraditurus l. ult. C. de pact. inter Empt. et vendit., et danda per consequens debitori aut eius haeredi ad pignus recuperandum actio erit d. l. naturalis. 5. § at cum do. sup. de prescript. verb. nam quem ad modum in omnibus obligationibus in quibus dies non apponitur, praesenti die debetur l. In omnibus. 18. de regul. Jur. Ita in omnibus quae faciendae sunt non adiecto tempore, si statim non fiat quod

fieri

168 quod fieri statim potuit iustam condicendi causam habet. Is uig
gratia faciendum statim fuit, quod fieri debuit, si modo potuit l. nil
peti potest. 186. eod. ill. tit., nō quasi mora ipso iure ob non secutam
solutionem contracta sit (nec enim mora illa contrahi intelligitur
ubi nulla petitio ac interpellatio est l. si pupillus. 127. §. de verb. oblig.
l. nulla intelligitur. 88. §. de regul. iur.) sed quasi manente contrac
tu imperfecto quamdiu ex parte fideiussoris adimpletus non est, quod
sufficit ut competat debitori hæredive eius repetitio: debuerat enim esse
deligentior in solvendo, ac se ipsum interpellare, ut contractum hunc
innominatum, et imperfectum ex parte sua impleret, atque ita
condicendi facultatem debitori, aut eius hæredi per præriperet, ut
in l. nuda 5. c. de contrah. et commit. stipu. sat. Accedit quod sicut
si per multos forte menses, aut annos steterit, nec creditori solverit
quamdiu debitor, aut eius hæres non condicit pignus quod fideiussori tra
didit, permittitur fideiussori debitum solvere creditori, et contractum
ex parte sua implere, ac perficere: Ita e converso similiter
quamdiu contractum non implet debitori, hæredive eius pignus condicere
est permittendum, quia tamdiu verum est fideiussorem contractum
non implevisse, neque ex quo cœperit debitor, vel hæres eius condicere
implere amplius posse. Finis etenim implendi est, quando pignus con
diceretur, et eo nomine iudicium acciperetur arg. l. si Titius. 9. §. de
verb. oblig.

§. 1.

Pater Seio mancipato filio facile persuasit, ut quia mutuam
quantitatem acciperet a Septitio Chirographum præscriberet sua
manu filius eius, quod ipse impeditus esset scribere, sub comme
moratione domus ad filium pertinentis pignori dandæ. Quærebatur
an Seius inter cætera bona etiam hanc domum iure optimo possid
ere posset, cum Patris hæreditate se abstinuerit, nec metueri ex hoc
solo, quod mandante Patre manu sua præscripsit instrumentum

Chirograph

Chirographi, cum neque concensum suum accommodaverit Patri aut signo suo, aut scriptura. Modestinus respondit: cum sua manu domum suam futuram Seius scripserat, concensum ei obligationi dedisse manifestum est

Ad. § Pater. 1.

Ratio Dub. Non debet esse filius deterioris conditionis, quam alias esset, ob id solum quod patre mandante, et ei obtemperandi causa chirographi instrumentum in quo suae domus obligatio continebatur, patris nomine creditori paterno scripsit; aliter enim officium suum esset eidem nosum. quod iura maxime aborrent; nulli enim, sive publicum, sive privatum officium suum damnosum esse debet l. si servus. 61. § quod vero. ff. de furt. l. 3. § ult. ff. de testib. l. si quis in signatoribus. 7. testam. quem adm. aper. l. videlicet. 29 sup. ex quib. caus. major. Et ex obedientia sua damnum traheret, quod leges non patiuntur: Praetor enim filio iussui paterno obtemperanti miseratio rem suam indulgeri solet l. ait Praetor. 2. sup. quod cum eo, et licet hic filius mancipatus praeponetur, et per emancipationem tolletur patria potestas, remanet tamen ratio reverentiae quae per emancipationem non intercidit, nec quicquam cum patria potestate comune habet l. adoptivum. 8. sup. de in ius voc. l. 4. ff. de curator. furios. ob quam contradicere patri filius non recusavit arg.° l. qui onerandae ff. quarum rer. act. non detur l. si Pater cogente. 22. ff. de ritu nuptiar. l. si superstite. 5. ed. de dolo l. penult. ff. de furt. at qui si Seius filius debitoris chirographi instrumentum non scripsisset sine dubio esset: Domum eius Septitio creditori non esse obligatam; Pignus etenim rei alienae citra domini concensum constitui non valet l. si rem. 9. l. alienam. 20. sup. de pignorat. act. at Pater nullum ius in bonis filii emancipati habere dicitur l. 1. ff. si a parente manum. sit l. Placet. 79. ff. de acquirenda haeredit. Ergo quamvis filius emancipatus Patris nomine dictum instrumentum scripserit domus eius ob id dum taxat

non poterit

170 non poterit ~~domus eius~~ creditori obstricta censeri. Nec enim adhibitus a patre filius ad scribendum Chirographum ea mente fuit, et dictæ obligationi consentiret, et sibi noceret, sed ob id tantum, quod sive infirmitate, sive ætatis decrepitate, aut valetudine, sive qua alia causa impediretur pater ne Chirographum sua manu scribere posset, ut hic a b. modestino dicitur. at talem accessum non posse ei nocere respondit Celsus in l. Titia cum testamento 34. § Lucia Titia l. de leg. 2. ; non enim ullus actus ultra intentionem agentium operari valet vulg. l. non omnis numeratio 9. sup. de reb. credit. cum similib.

Decid. non solum scribens manu sua totum instrumentum censetur approbare omnia quæ in eo continentur; verum etiam et subscribens l. sicut. 8. § ut non videtur. vers. sed si subscribat l. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. si non subscripsisti. C. de administr. Tutor. Sola enim præsentia qui hoc ipso tacite consentit actui, facit, ut perinde haberi debeat, ac si contraxisset (quoties scilicet negotium quod gerebatur ad eum pertinebat l. quidam ex parte 12. l. de evict. et aliter alteruter ex contrahentibus deciperetur, qui præsentiam et taciturnitatem pro consensu accepisset et infra). quæ maxime in pignoribus procedunt quoniam sicut facile, ac nuda creditoris voluntate dissolvuntur, ac finiuntur l. Paulus respondit 12. § vincit. l. præcedent. in princip. et § 1. l. quib. mod. vel hypoth. solv., ita nuda conventione contrahitur l. 1. sup. de pignorat. act. . at qui in proposito Seius non solum fuit præsens et facens in obligationis actu; verum et etiam manu sua totum Chirographum in quo dictæ domus oppignoratio continebatur scripsit. Et deciperetur septi tuis creditor, qui pecuniam verisimiliter non credidisset, nisi filij domum futuram sibi pignori ex Chirographo dedissiset; recta igitur ratione Sei Domus erit creditori dicto obstricta. Nec Seius de iniuria conqueri potest: volenti enim non fit dolus, neque iniuria l. 2. § usque adeo l. de iure iurad. l. 3. § si quis volentem sup. de liber. homin. exhibend. Interpretes

nostri

nostri valde ~~tra~~ insudant in inquirendo quando presentia in 171
contractibus, ac in actibus scelebratis presentibus noceat, et in Leges
quae circa hoc ad invicem pugnare videntur conciliando ut vi
dere est in Accurs. in l. Gaius Seius. 39. sup. de pignorat. act. et in Bart.
qui tu sicut eam prosequitur in l. quae dotis. 33. §. solut. matrim. a nu.
20. usque ad finem. Sicque tenendum pro constanti est: presentem
et tacentem toties sibi nocere, quoties alioqui eveniret, et altera
ter ex contrahentibus deciperetur, qui presentiam, et taciturnita
tem illam pro consensu tacito accepisset; non tamen aliis quod
manifeste probatur ex l. si quis in pignore. 36. §. 1. sup. de pignorat.
act.: ubi Ulpianus attestatur: secundum creditorem cui debitor rem
iam alij obligatam pignori dedit ~~tunc d~~ (hoc tamen tacito) tunc dum
taxat deceptum videri, quoties absente primo creditore scelebra
tus extitit secundus contractus, non vero illo presente, et tacente
quia tunc ipsi primo creditori incumbebat certiorare ~~primo~~ secun
dum de suo pignore. Deinde ex l. quidam. 12. §. de evict. ubi
Scaevola respondit: venditum fundum ab uno ex coheredibus ceteris
presentibus et tacentibus, etiam quantum ad illorum partes venditum
censeri, quia scilicet presentes fuerunt et tacuerunt. Sicque huic n. 9. §.
non obstat in primis d. l. Gaius Seius. 39. sup. de pignorat. act.; quia
licet verum sit in ea Legis specie a Modestino nostro respondi: Tes
tem qui manu sua testamentum signavit illudere sui perjudici
um non aprobare; hoc tamen ideo fit quia decipiendi ab eo abes=
se videtur qui testamentum signavit in quo nesciebat quid contine
batur; agitur enim in illa Lege de testamento solemni in scriptis con
dito, quod subscribi a testibus necesse erat, et imperfectum non re
maneret l. hac consultissima. 21 § finem. C. de testam., quorum testa
mentorum tenor a testibus ignorabatur, cum nec aperirentur, neque
legerentur, nisi demum mortuo testatore tot. tit. §. testam. quem
admod. aper. Nec tandem d. l. Titia cum testamento § Lucia Titia

§. de leg. 2.

+ animus

172 quoniam licet in ea tex. spetie modestinus noster respondeat: testem
qui divisioni codicillis apertis, ac lectis factae interfuerat sibi in legato
in dictis codicillis relicto non perjudicare (quod aperte cum hac nostra
§ pugnare videtur, cum in teste non legati ignorantia, sed scientia pro
ponetur) tamen hoc ideo responsum extitit (non quia in ea spetie
agatur de amittendo dominio, quod difficilius amittitur, cum non amitta
tur absque traditione, sicut sine ea non acquiritur l. si quis. 21. 17.
§ differentia. j. de acquir. posses. l. traditio. 20. l. numquam nuda 31. j. de
acquir. rer. domin. ut plerique male putant) sed quia in tali teste dicta
fraudis suspicio cessat. agitur enim in illa de eo teste qui tamet si tam
quam testis millies subscripsisset, vel signasset, non tamen videri posset
, eos quorum negotio, aut divisioni adfuerat decepisse, cum ignorare
non possent legatum relictum in codicillis iam apertis, non debuerant ita
que certiorari, cum iam certi essent. l. 1. in fin. sup. de act. empt. nec
deceptos ab alijs sequeri possunt, quam a seipsis, qui domum quam
sempronio testi per fideicomissum relictam, et acquisitam sciebant in
ter se tamen quasi hereditariam diviserint. l. nam si scit. 26. sup. de
rei. vendicat. qua propter cessante illa ratione presumpti doli, quam nos
non tam ex presentia, quam ex taciturnitate illius inducimus, qui non
certioraverit, cum certiorare deberet, solum illud dubium apud mo
destinum supererat, an ob id solum, quod divisioni sempronius inter
fuerat paratam sibi, et competentem fideicomissi persecutionem
mississet, cui dubio satisfacit verissime negative respondendo. alie
nae enim rei facta divisio inter coheredes per arbitrium familiae erciscun
dae valere non potest, cum per adiudicationem ab arbitrio factam
necesse sit dominium rerum adiudicatarum in eum transire, cui
adiudicatae sunt § ult. inst. de offic. judic. at id quod nostrum est in
vitis nobis auferri non licet ut vulgo iactari solet. qua propter
verissimum restat quod volumus toties presentiam cum taciturnitate
conjunctam nocere, quoties is qui presens fuit, et tacuit, alioqui de

cepisset

alioqui decepisset contrahentem, et vistam eius ignorantiam circumvenisset, quare nec putandum est aliud responsurum fuisse Modestinum in d. § Lucio Titio, si sempronius non quasi testis divisioni ad fuisset, dum ne ad hoc ipsum, ut fideicommissi omitteret adhibitus fuisset. quo casu nec ei prodesset, quod tamquam testis adhibitus esset, et omnium clarissime responsum illud Modestini demonstrat

§. 2.

Lucius Titius prædia, et mancipia, quæ in prædijs erant obligavit. hæredes eius prædijs inter se divisis, illis mancipijs defunctis alia substituerunt. Creditor postea prædia cum mancipijs distraxit. queritur an ipsa mancipia, quæ sunt modo in prædijs constituta, hoc est in hypothecis, emptor vendicare recte possit. Modestinus respondit, si neque pignorata sunt ipsa mancipia, neque ex pignoratis ancillis natis minime creditoribus obligata esse

Ad. § Lucius Titius. 2.

Ratio Dub. quidquid subrogatur sapit naturam eius in cuius locum subrogatur l. si quis cum. 10. § qui iniurianum. sup. si quis caut. l. sed et quod inde. 71. ff. de legat. 1. atqui mancipia per hæredes substituta in locum obligatorum subrogata in illorum locum censentur verbum enim (substituto) subrogationem importat, qua ratione solemus dicere secundum hæredem in primi gradum subrogatum videri Ergo dicta substituta mancipia pignori obstricta existimari debent, licet de illis oppignorandis expresse nil fuerit dictum Tacite enim illud pactum videtur l. cum tabernam. 34. ff. h. t. et parum referat an expresse quid dicatur, an tacite repetitum intelligatur l. licet Imperator. 74 § 1. ff. de verb. oblig. maxime vero in pignoribus tot. tit. ff. in quib. cas. pign. vel hypoth. tac. contrah. et l. 1. sup. de pignorat. act. Et consequenter si per creditorem iure creditorio ea distracta fuerint vendicare per creditorem recte potuerunt

Distractio

124 Distractio enim pignoris per creditorem dicto iure factam emptorem pignoris dominum constituit l. si convenerit. 4. sup. de pignorat. act. l. non est novum. 46. ff. de acquir. rer. domin. § contra. Inst. quib. alien. liceat vel non. et adeo securus est ut neque a debitore ipso, neque a posterioribus debitoris creditoribus inquietari possit, nec sitorum quod primo debitum fuerat, aut venditionis pretium ei offeratur l. quia creditore. C. de distract. pignor. at domino rei vendicationem contra quoscunque creditores competere explorati iuris est tot. tit. sup. de rei vendicat. et cd. eod. tit.

Decid. Extinctione, ac peremptione rei obligatae pignoris vinculum extinguitur ac finitur, neque enim non entis ullae possunt esse qualitates, neque obligata potest esse res, quae nulla est l. si partem. 19 sup. servit quemadmodum amitt. atqui hic a Modestino presuponitur mancipia oppignorata tempore venditionis per creditorem factae extincta ac mortua esse recte igitur super illis constitutum extinctum esse debet. Mors enim omnia solvit § deinceps auth. de nupt. l. 1. C. ne ex edict. defen. § non autem. Inst. de perpet. et temporal. act. § nos autem. Inst. de public. Iudic.

Nec mancipia in mortuorum locum substituta ex sola subrogatione obligata censeri valent quoniam licet subrogatum naturam cuius participet in cuius locum subrogatur fallit tamen quoties in subrogato non militat eadem ratio quae ~~mal~~ prore debet in eo in cuius locum subrogatio facta extitit: hinc solemus dicere quod licet emptio et venditio in permutationis locum introductae sint l. 1 sup. de contrah. empt. et in permutationibus requiratur, ut dominium rei permutatae in accipientem transferatur, qua ratione is qui alienam rem dat nullam dicitur contrahere permutationem l. 1. § Ideoque pedius sup. de rerum permutat. Ista tamen dominij translatio in emptione, et venditione non est necessaria l. si ita 23. § qui vendidit sup. de contrah. empt. Hinc etiam solemus dicere, quod licet actio rerum amotarum substituta, et subrogata sit in locum actionis furti (est enim haec turpis. l. nec quidquam. 56 sup. pro socio l. 1. l. furti. 6. et pass.

de his qui

de his qui notant. infam. In honorem vero transacti matrimo
nij, et propter eius pudorem ut loquitur Justin. in l. ult. C. de furt.
non minus turpis, quam famosa actio, coniungi adversus coniu
gem denegatur l. 2. de rer. amotar. l. 2. C. eod. ill. tit.), et furti actio
adversus furis heredes non competat, cum sit actio penalis l. si pro
fure 1. et § condictio 2. sup. de condict. furt., tenetur tamen actione
rerum amotar. heres mulieris, sicut heres furis teneretur condicti
onis nomine ex causa furtiva l. contra 6. § Item heres de rerum
amotar. At in proposito in unis mancipijs diversa est ratio, quam
in alijs; mancipia enim deffuncta ideo oppignorata (antequam
scilicet morerentur) sconcebantur, quia expresse inter partes de illis
obligandis fuit conventum substituta vero non solum ut expresse
fuerunt obligata (si ita enim esset difficultas cessaret); verum nec ta
cite; nascitur enim pignoris obligatio ex conventione ad ipsam rem
obligandam relata l. 1. sup. de pignorat. act., et de illis oppignoran
dis nil fuisse a partibus conventum a modestino dicitur his verbis:
Si neque pignorata sunt ipsa mancipia. Neque his refragatur d. l.
Cum taberna. 34 h. T. ubi Scevola respondit: Taberna obligata non
solum merces quae tempore conventionis in taberna reperiebantur
esse pignori obstrictas; verum et etiam in illarum locum substitutas
Ibi enim non singulae et in individuo merces quae erant tempore con
ventionis fuerunt oppignoratae, sed tota mercium universitas: quo
niam taberna pro ut refertur ad merces nomen universitatis dicitur
sicut grex peculium, et similia l. Cum pater. § mensae J. de leg. 2. et ideo
licet merces mutentur eadem taberna esse videtur ut in l. grege. 13. in
princip. h. T. l. Peculium. J. de leg. 1. At in proposito non universitas man
cipiorum fuit oppignorata, sed dumtaxat certa et determinata
mancipia pignori fuerunt data, ea videlicet in pignoratis praedijs
reperiebantur. Si autem universitas mancipiorum oppignorata fuis
set dubium non esset, quin in deffunctorum locum per heredes
substituta pignori obnoxia conserentur d. l. grege. 13. d. l. cum ta

176 cum taberna. 34. ac per consequens quin ab eo qui a creditore ea emit vendicari recte possent

a Neque ex pignoratis Ratio Dub. ut pignus constitutum recte censeatur opus est creditorem probare debere rem oppignoratam conventionis tempore in sui debitoris dominio fuisse l. Et quae nondum. 15. § quod dicitur h.t. l. ante omnia. 23. ff. de probat. at qui in praesenti creditor partus ancillarum pignoratarum conventionis tempore in sui debitoris dominio fuisse probare non valet; Partus enim antequam sit editus cum homo non sit in nullius bonis esse potest l. In falcidia. 9. § 1. sup. ad leg. falcid. l. ult. ff. de collat. bonor. Ergo quamvis partus ancillarum pignoratarum in locum mancipiorum praemortuorum et obligatorum sint per haeredes subrogati, ob id pignorati esse non poterunt, et sic nec utiliter peremptorem qui ~~ab eo~~ creditore causam habea vendicari

Dedid. differentia constituenda venit inter oppignorationem ancillarum, et caeterarum rerum (dempto fructuum) et illarum partuum. ancillae oppignoratio non aliter valet quam si tempore contractus in debitoris dominio fuisset d. l. Et quae nondum. 11. § quod dicitur, Partus vero ancillae etiam si dicto tempore in bonis debitoris non reperiatur (dummodo illius in istis bonis eo tempore numeretur) ad fructuum scilicet instar l. Potior. 11. § si de futura ff. qui potior. in pign. hab. recte igitur in proposito a Modestino responsum extitit. Partus ancillarum in locum mortuorum substitutos pignori vere esse obligatos. Et puto talem obligationem oriri, non ex vi dictae substitutionis, quam ex ancillarum oppignorationis l. Paulus Respondit. 29. § si mancipia ff. h.t. Ex quibus observari libet ancillam tunc obligari cum datur pignori; partum vero ex illa (sive iam conceptus sit sive non) non prius quam natus, aut editus fuerit; antea siquidem portio tantum est viscerum matris, et non partus. l. 1. § 1. ff. de inspic. ventr., sed an ista obligatio pignoris partu semel edito ad conceptionis tempus retrotrahatur, nec ne in l. si ~~legati~~ Paulus. 29. § si mancipia h.t. deo dante dicemus

L. 27. Marcellus Lib. 55. ff.

Servum, quem quis pignori dederat, ex levissima offensa vinxit, mox solvit, et quia debitor non satisfaciebat, creditor minoris servum vendidit: an aliqua actio creditori in debitorem constituenda sit: quia crediti ipsius actio non sufficit ad id quod deest, persequendum? Quid si eum interfecisset, aut elusasset? Ubi quidem interfecisset, ad exhibendum, tenetur, ubi autem elusasset, quasi damni iniuriae dubimus actionem, ad quantum interest, quod debilitando, aut ~~elusando~~ vincendo, persecutionem pignoris exinanierit. Fingamus nullam crediti nomine actionem esse, quia forte causa ceciderat: non existimo indignam rem animadversione et auxilio Praetoris. Ulpianus notat: si ut creditori noceret vinxit tenebitur, si merentem non tenebitur.

Ad L. Servum. 27.

Ratio Dub. Jure civili servi, non solum pro mortuis, verum et etiam pro nullis habentur L. quod attinet. 32. de regul. Jur.; ita ut quadrupedibus comparentur L. 2. Sup. ad Leg. aquil.; poterit ergo impune dominus ex servo suo offensus eum in vincula coniicere: modica enim castigatio non est denegando domino L. ult. D. an servo pro suo fact. Servum etiam impunitum non remanere pertinet, non solum ad publicam, sed etiam ad privatam dominorum utilitatem, ne servilis ingenij nequitia augeatur, sed potius coerceatur.

Decid. Non videtur propie, et ex bona fide reddita res, quae deterior reddita est L. 1. § si heres. 16. Sup. de posit. L. in re. 18. §. 1. Sup. com. mod. Res enim quae deterior fit catenus peryt, quatenus fit deterior L. 3. Sup. de condict. triticar. atqui hypothecaria actio ~~pignor~~ bonae fidei contractus naturam quodammodo participat ut multotiens, nobis dictum extitit. Ergo si debitor servum oppignoratum ob vincula deteriorem factum restituerit, servum restituisse non videtur, ac per consequens ad illum restituendum obligatus remanet, quo adusque plenissime restitutio facta sit ex bona fide. Potest autem fieri restitutio servi oppignorati deterioris

de teriori actori, si modo prestetur creditori id quod ipsius interest ser-
vum deteriorem factum non esse, ut quod dolori, et Contrahi servi de-
supleatur in pecunia, per quam scilicet restimantur, et qui
sunt, et qui non sunt, dum modo queriri, et restimari possit L. si tria fil.
usserem. 42 §. de fid iussor. L. in actionibus. 5. vers. plane. seqq. de min. lit.
viand.: in actionibus enim bonæ fidei, et arbitrarijs id quod interest veni
, non solum ab initio Judicij, sed hoc dicitur, tamquam scilicet ab esse, sed etiam
aliter tradunt, dicentes: etiam si de eo nil pactum sit, inducta in prædi
um rusticum esse obligata, si domino prædij sciente inducuntur. Lauda
turque ab eis in hanc sententiam alex. Imper. in l. Certi iuris §. id
Locat.: certi (ait) iuris est, quæ voluntate dominorum Coloni in fundum
conductum induxerint, pignoris iure dominis teneri: quando autem do
mus locatur, non est necessaria in rebus illatis scientia domini: nam
ea quoque pignoris iure tenentur. qui certe allucinantur: mihi enim
videtur, scientiæ nomine voluntatem intelligi, quod planum fit ex ini
tio d. l. §. ubi Imper. non dixit obligari ea quæ sciente domino intuen
tur, sed quæ de eius voluntate. at ea voluntas tempore contractus apare
re debet. dicit enim: quando autem domus locatur non est necessaria
scientia domini. quo argumento satis habet, de ea voluntate loquutum
eum in princip., quæ intervenit quum fundus locabatur. quod nil ali
ud est, quam invecta in prædium rusticum demum teneri, si conventum
est, ut teneatur. quum enim locationis lex hoc plane dixit, ut hæc et hæc
interventur, videntur contrahentes eo animo fuisse, ut ipsis illatis pro
visum esset pro fundi pensionibus. alioqui nulla fuit causa cur ea velint
sint inferri.

§. 1.

Stabula, quæ non sunt in continentibus Edifficijs, quorum prædiorum
ea numero habenda sint dubitari potest. Et quidem urbanorum
sine dubio non sunt: cum a cæteris Edifficijs separata sint. Quod
ad causam tacitæ pignoris pertinet, non multum ab urbanis præ
dijs differunt

Ad. §. Stabula. 1.

Ratio Dub omnia Edifficia, sive in villa constructa sint, sive non

urbana

Vrbana prædia appellantur l. vrbana prædia 198 de verb. signif. 229
atque stabulum, siue sit in continenti ædificijs, siue non est ædificijs
cum ea superficies, non enim dumtaxat area dici potest et ea spe-
ctat, igitur stabulum in omni casu in prædiorum vrbanorum nu-
mero connumerandum est

Decid. Illa Prædia vrbana appellantur, quæ habitandi gratia construc-
ta sunt; Rustica vero, quæ seruandorum fructuum, vel pecorum. Ita
omnia prædia inter se, non tam loco, quam natura, et vsu distinguntur
l. vrbana Æmilia. 166. d. l. l. vrbana prædia 198. de verb. signif. l. Præ-
dium. 6. ff. de præd. minor. atque stabulum ab ædificijs separatum
habitandi præstat, sed custodiendorum pecorum, per quæ omnes ho-
mines in eis habitare solent nisi vagabundi: vnde quia ad pecuaria
esse possunt excipit: dicta stabula inter vrbana prædia connume-
rari non debere, sed dumtaxat inter Rustica: Plane si ædificijs
continuata stabula esse (quod huic propositæ in d. l. vrbana
prædia. 198. de verb. signif.) dubitari non valuit, quin talia præ-
dia, vrbana prædia inter appellationes; in his enim homines ma-
xime in populosis vrbibus habitare solent

a quo ad causam. Rario Dub. Inuecta, et Illata in prædium rusti-
cum domini prædij ne pro pensione, nec pro reiterationem
oppignorata videntur et vnde Neratius inf. l. Do mihi. 7. in fin. alby
putat atque stabula ab ædificijs separata rustica prædia oppigne-
ri dixinet: non poterunt igitur in eo inuecta, ac illata stabulo
rum domini conseruari oppignorata

Decid. quia Omnis Locator, siue vrbani, siue Rustici prædij sum-
per hoc cauet in constituendo pignore pro pensionibus seu pecua-
dij, inductum est et illata in prædium vrbanum excepto eo quo
tui natura oppignorata consuerunt, et huiusmodi similiter propo-
sitionibus rusticis prædij, hoc enim erat in dicti prædij affecta con
uentio d. l. Do mihi. 7. l. Liber. 6. h. 5.) Ergo dicendum est quod
eatenus quo tale prædium rusticum beatum sit quod pretium parere
non valeat (quale est stabulum ab ædificijs separatum non
enim in unum, aut alium prodesse potest) illata, et inuecta illata ea
tali pignoris constituendi causa tacite oppignorata censeri: ea

cum

226 enim quæ per consuetudinem induci solent etiam si non exprimantur inducta censentur l. quod si nolit. 31. § quia assidua sup. de edilitio edicto

L. 5. Marcianus Lib. singulari ad formul. hypothec.

Pomponius libro decimo tertio variarum lectionum scribit, si gratuitam habitationem conductor mihi præstiterit. invecta a me pro domino Insulæ pignori non esse.

Ad l. Pomponius. 5

Ratio Dub. Ratio ob quam illata per conductorem in prædium locatum obligata censentur est, quia hoc tacite inter eos conventum censetur l. Eo iure. 4. sup. h. t. ubi late at qui inter primum conductorem et eum qui ab eo pro gratuitam habitationem accepit præsumitur conventum ut et illata, et invecta per secundum locatori essent hypothecata l. solutum. 11. § solutam. sup. de pignorat. act. Ergo in proposito invecta, et illata per secundum conductorem in Insulam domino Insulæ oppignorata esse debent. Maxime cum in fructibus hoc observetur. Fructus enim per secundum colonum percepti primo locatori sunt obligati, quia perinde haberi debent ac si a primo colono percepti fuissent l. si in lege. 24. § si colonus. 1. l. qui fideiussor. 35 sup. Lerat., cum nostra scilicet conditio alterius facto deterior fieri nequeat l. non debet alteri. 4. 14. de regul. Jur

Decid. Pignoris obligatio cum accessoria dicatur l. Res hypothec. 5. sup. de pignor. consistere non valet absque aliqua obligatione principali l. novatione. 18. l. de novat. at qui ille qui a primo conductore gratuitam habitationem accepit nil domino Insulæ debet; cum eo enim nil contraxisse proponitur Ergo per talem secundum habitatorem in Insulam inducta et illata domino Insulæ tacite oppinorata censeri possunt, non enim per dictum habitatorem invecta ad plus teneri debent, quam ad id quod per eum primo conductori deberi probetur d. l. solutum. 11. § solutam sup. de pignorat. act. at in hac specie certum est gratuitam habitationem possidentem primo conductori nil debere; non enim sublocavit, sed donavit l. In editis 9. l. de donat. Nec causa domini Insulæ ex hoc deterior facta videri potest; Primus enim conductor ei locati tenetur, de alijs quibus habitationem

prestiti, si in culpa fuerit maior hominis in ducendo in Insulam l. vidamus. ll. sup. locat. Et in tantum hyp. admittenda sunt, et nec bona huius modi habitatoris domino Insulę, pro Insulę etiam detinoratione remanent (quid quid accessio dicat, quod manifestum est h. n. l. dic in qua Do quod quivis Marcianus noster est unum: in Insulam in vecta, aut illata per habitatorem a primo conductore pro habitationem in ea, domino Insulę pro detinoratione Insulę sint pignori hypothecata, non autem pro pensionibus. quamvis enim de oppignoratis pro pensionibus Marcianus intelligi possit, si nulla per talem habitatorem debentur ab eo proponitur. pensiones enim nullę ab eo debentur qui gratuito habitat. d. l. In edicto. g. ff. de donat.

§. 1.

Item illud, inquit, videndum est: voluntate domini inducti pignus ita posse, ut in pactum deberi sit obligatum.

ff. d. § Item illud. l.

Rarid Dub. Pacta quę fiunt contra leges non debent haberi a Pretore l. Junctum. 7. § ait Pretor. hyp. de past. l. Pacta. 6. ff. cod. l. cum Spurius. 12. § si res. hyp. de pactis. in rem act. l. nec non. 27. § quod ad eius. supp. ex quib. caus. major. l. ult. ff. de rei. et hypoth. heredit. l. Intra deliberem. 42. in not. l. Jus publicum. sup. de past. Nec enim auctoritas in potestate contra leges esse debet, quippe in arbitrio est Judicantium l. 1. §. 1. ff. ad S.C. Turpil. l. ordine. 15. ff. ad municip. atque ita rationi, et auctoritati inducti illata, et invecta in prędium conductum pro integris pensionibus hinc hypothecata l. Louise. 4. l. Licet. 6. hic. Quia enim indistincta quę pollet universali l. si servitus. 22. hyp. de servitut. urban. prędi. l. si ita relictum l. Pluribus. 44. ff. de leg. 2. l. si plures. § 8. de legat. 3. l. siquis filiis. 9. l. de testam. tutel. l. 2. de Sabin. et Pothem. Ergo cum pactis et contra leges non sit pactum, si conveniat, ut bona per conductionem in prędium conductum illata, sint dumtaxat pignori parte oppignorata.

Decid. Contractus omnes ex conventione legem accipiunt. l. contractus. 23. de regul. Jur. l. In conventionibus. 52. de verb. Oblig.

Vi

228 Ubi hæc differentia ponitur inter stipulationes conventionales, et prætorias. Ergo nil obstat, quominus rata debeat esse conventio, si conveniat ut bona per conductorem in conductum prædium illata, pro parte dumtaxat mercedis sint oppignorata. Nec videri potest tale pactum legibus adversari, cum ab eis expresse approbetur l. Res hypothecæ. 5. sup. de pignor. Imo licet non esset a iure expresse receptum, si tamen non esset expresse prohibitum tale pactum sustinerentur. In genere enim permissorum, ex quo omnes contractus liciti, et permissi sunt generalis regula est: censeri omnia permissa, quæ non sunt prohibita l. mutuus. 43. §. 1. sup. de procurator. et Inst. quib. non est permiss. fac. testam. oratio etiam quantumvis indefinita restringenda est ad terminos habiles, ad quos etiam universalis restringitur l. Tutor. 35. §. 1. sup. de iureiur. l. adigere. 16. § quamvis. de iure patron.

§. 2.

Si quis fideiubebat, cum res illius a debitore, pro quo fideiussit, pignori data sit, bellissime intelligitur hoc ipso quod fideiubebat mandare res suas esse obligatas. Sane si postea sint eius res hypothecæ datæ, non erunt obligatæ.

Ad. § si quis. 2.

Ratio Dub. Fideiussor, qui patitur rem propriam a debitore pignori dare comodare eam rem ei videtur. Quid enim referre potest, an eam rem patiatur per debitorem pignorari, an illi commodet, ut det pignori? Ergo in hoc casu non mandatum, sed commodatum contrahi dicere debemus; præsuponitur enim a Marciano nostro fideiussoris patientiam, ac taciturnitatem dum res eius per debitorem obligabantur intervenisse

Decid. Contractus omnes æstimandi sunt ex modo et forma in ejusdem l. si Procuratorem. 8. in princip. sup. mandat. l. 1. § si servus. 30. sup. deposit. l. non tantum. 12. sup. ad SC. maced. atqui in proposito forma, ac modus mandatum contrahendi intercisisse videtur. Is enim qui sciens patitur quid fieri, hoc ipso mandare existimatur l. qui patitur. 18. sup. mandat, cum mandatum sit ex eo genere contractuum

qui solo

qui solo, ac nudo consensu perficiuntur, ac pro inde nuda voluntate. Ergo si fideiussor qui pes hus (hoc enim denotant verba illa, eo ipso quod fideiubebat a Martiano hic adiecta circa quae multa a nobis dicta extitere in l. fideiussor. 26. § Pater sup. de pignor.) rem suam per debitorem patitur pignorari, perinde est, ac si ei mandasset, ut eam rem obligasset. In his enim quae nudo consensu agi, et fieri possunt, qui consentit non tantum patitur, sed etiam agit l. 1. § magistratum sup. de exercitat. act.

a. Sane. Ratio dub. Fideiussor simpliciter acceptus quamlibet conventionem per debitorem circa debitum factum servare tenetur; ad omnem enim debiti causam adstringitur l. quaero. 50. sup. locat. Ergo sive debitor rem eius (occasione tamen debiti pro quo ipse fideiussit) in ipso obligationis actu, sive postea ac ex intervallo oppignoraverit talem conventionem fideiussor adimplere tenebitur. Nonne in utroque casu circa debitum talis pactio inita erit?

Dicend. Pignus rei alienae sine illius domini consensu tacito vel expresso constitutum non sustinetur l. si rem. 9. l. aliena. 20. sup. de pignorat. act. Atqui quotiens res fideiussoris (post tamen sceleratas obligationes, eo quae absente) per debitorem oppignorata est, nullius fideiussoris intervenit consensus, non quidem expressus, prout patet nec quidem tacitus. Ex sola enim praesentia, vincta cum taciturnitate tacitus in his contractibus nascitur consensus l. Titia cum testamento. 34. § Lutia. Titia ff. de legat. 2. d. l. fideiussor. 26 § Pater. sup. de pignorib. recte igitur a Marciano nostro responsum extitit nullius roboris esse talem pignoris constitutionem. Nec fideiussor simpliciter acceptus, in omnem causam acceptus intelligitur, nisi nominatim ita convenerit d. l. quaero. 54. sup. locat. l. fideiussores magistratum. 68. § 1. ff. de fideiuss. vinct. l. ult. tit. eod. multo itaque minus pacta sibi praeiudicialia eo absente, ac ignorante per debitorem facta servare tenebitur: absurdum enim esset fideiussorem, qui ex stipulatione tantum obligari potest in plus obligari, quam verbis

ipsis

ipsi stipulationis obligari se velle significaverit l. 3. § satis ac-
ceptio l. quidquid adstringendæ 99. ff. de verb. obligat. l. Blanditius. 12.
C. de fideiuss. d. l. fideiussores § 1. et d. l. ult. ff. eod. tit.

L. 6 Ulpianus. Lib. 73. ad Edictum

Licet in prædijs urbanis tacite soleat conventum accipi, ut per
inde teneantur invecta, et illata, ac si specialiter convenisset: cer-
te libertati huiusmodi pignus non efficit: idque Pomponis pro-
bat. ait enim manumissioni non officere ob habitationem obliga-
tum mancipium

Ad l. Licet. 7.

Ratio Dub. Servus qui specialiter pro prædij locati pensionibus obliga-
tus est nullo modo a domino manumitti valet l. Est differentia pe-
nult. h. t. l. Servus pignori. 7 ff. de manumiss. l. si quis obligatus. 6 ff. qui
sin. manum. ad libert. l. Servum pignori. 4. l. Pignori. 28. cum l.
seq. et. § 1. 2. generaliter. 29. ff. qui et a quib. manumiss. lib. n. tit. at
qui ab Ulpiano præhuponitur Inquillini servos domino prædij speciali-
ter obligatos extitisse, quod mani este denotant verba illa (ac si speci-
aliter) quibus in præsenti ipse utitur Ergo servus per Inquillinos in domus
conductas indicatos nullo modo ab illorum dominis manumitti va-
lere, ac posse dicendum venit

Decid. admodum prospicere interest, utrum servus per dominum, spe-
cialiter pignori datus sit, aut generaliter (cum reliquis scilicet eius bo-
nis). Primo enim in casu manumitti non valet, quoniam talis specia-
lis pignoris obligatio eius impedit libertatem l. 1. C. de serv. pign.
dat. manum.; secus vero in secundo l. ab eo. 3. l. si ut proponis. 4.
C. eod. tit.; Generalis enim hypotheca, non ita rem hypothecatam
afficit, sicut specialis d. l. Est differentia. h. t. at qui hic ab Ulpiano
præhuponitur Inquillini servos, non specialiter, sed generaliter, cum alijs
ut puta eius super lectilibus oppignoratos fuisse; recte igitur ab eodem
met responsum extitit tales servos, recte ab Inquilli no manumitti posse
De nec dictio (ac si) per omnia similitudinem denotat l. si de feren-
te ff. quib. mod. pign., vel hypoth. solv.

L. 7. Pomponius lib. 13. ex varijs lectionib.

In prædijs Rusticis fructus, qui ibi nascuntur, tacite intelli
guntur pignori domino fundi locati; etiam si nominatim,
id non convenerit.

Ad. L. Item. 7.

Ratio Dub. Pignus rei propij non consistit l. neque pignus. 45. de
regul. Jur. Creditor enim hypothecaria experiens probare debet
rem sibi obligatam conventionis tempore, non in suo, sed debitoris do
minio fuisse. S. Et quinondum. 15. § quod dicitur sup. de pign. l. an
te omnia. 23. j. de probat. qua ratione placuit: pignus licet ab ini
tio sit rite constitutum, creditore domino facto perseverare non va
lere l. penult. §. 1. j. de except. Rei Judic. at qui fructus pendentes in
fundo locato quamdiu sunt pendentes pleno iure ad locatorem, non
autem ad conductorem pertinent l. ult. § fructus. j. qui in fraud. credit.
l. fructus pendentes. 44. sup. de rei vindicat. Ergo fructus ex locato
fundo nati locatori censeri non possunt oppignorati

Decid. Licet fructus pendentes, non conductoris, sed locatoris sint.
desinunt tamen illius esse eo ipso quod a solo fuerint separati, cum
cesset ratio d. l. fructus pendentes, et incipiunt conductoris esse
ob illam scilicet perceptionem, quæ de locatoris voluntate præsu
mitur facta l. si servus. 61. § locavi. j. de furt. recte igitur ex
eo tempore erunt locatori obligati, cum nil in isto casu sit quod
huiusmodi pignoris constitutionem impediat. nec alia ratione
locator voluisse, aut convenisse videtur, ut fructus conductoris fi
erent, quam si ab illo sibi pensio solveretur. hic enim locationis
et conductionis finis dicitur, ut locator scilicet mercedem a condu
ctore accipiat, et conductor reconducta utatur, et fruatur l. Exemp
to. 11. § et in primis. 2. sup. de act. Empt. vinct. l. 2. sup. locat.

a. Etiam si nominatim. Ratio Dub. Licet clausula de fructibus pro
pensionibus locatori obligandis in contractu locationis fundi esse ve
ta dicatur, si tamen de illis oppignorandis in dicto contractu nil ex
presse fuerit dictum in tali casu fructus obligati censeri non possunt

In contractibus

In contractibus enim propositum in mente unius ex contrahentibus retentum nil operatur l. si repetendi 7. C. de condict. ob caus. dat. l. 3. § si quis quasi sup. eod. ill. tit.; maxime quia pignoris contractus est quid facti desiderat enim utriusque contrahentium consensum, at ea quae sunt facti supleri numquam possunt l. 1. C. ut ea quae des. advoc. part. vel tandem quia eadem ratione inferendum veniret clausulam constituti, quod in contractibus praesertim pignoraticijs adijci soleat, pro adiecta semper habendam esse, quod tamen falsissimum est, ut omnes unanimiter confitentur Interpretes. Item clausulam illam, per quam renuntiare fideiussores, et correi debendi solent exceptioni ordinis, vel divisionis, perinde prodesse inditori cum omissa, atque cum expressa est contra quod scriptum est in novell. 4. de fideiuss. et novell. 99. de duobus reis ubi expressam et specialem renuntiationem Justin. requirit. Denique consequens fieret clausulam codicillarem in tantum in testamento inter liberos, aut ad pias causas, quod vulgo inditum est, sed in caeteris etiam omnibus subintelligi oportere, cum sit omnium frequentissima, nec dubitandum est, quin testantium omnium eadem sit mens ac voluntas, quae illius lucij Titij, de quo in l. Lucius Titius 88. § ult. ff. de legat. 2, quod tamen falsissimum est (et si placuit viro Doctissimo Jacob. Cuiac.) displicuit sane prudentibus in l. 1. l. illud enim 52. § tractari. ff. de iur. codicill. l. generaliter 24 § ex testamento. ff. de fideic. libertat. iunct. l. 3. de testam. milit. et ipsi etiam Justin. in l. ult. C. de iur. codicill. Ergo fructus in locato fundinati, locatori oppignorati censeri non poterunt, si expresse non fuerit conventum, facile enim non est capienda interpretatio, ut plus dictum, minus scriptum existimetur.

Decid. Quamquam regulariter non sufficiat adijci solitam esse clausulam, ut pro adiecta habenda sit, in pignoratitio tamen contractu hoc procedere nequit (in casibus utputa in quibus placuit tacite contrahi) ut ex tot h. T. manifeste apparet, et qui casus de quo hic Pauponius agit est ex illorum numero l. quamvis fructus. 3. C. h. T.: non immerito

igitur

ejusdem ab eodem mercatore possessum existit: tunc hujusmodi locatio super bonis [illegible] esse locatori pro pensionibus oppignorata, etiam si de talibus pignoribus constituendo a partibus nihil fuerit dictum. quod quia non tam ex pacto quam ex generali consuetudine hujusmodi cautionem in omnibus fere instrumentis apponendi est plerique male existimant, quam in re pretestabile ejus et collectitia ut h. n. l. et ex l. quamvis. 3. C. h. t. neque simile est quod de fin. constituit in l. ult. C. de pign. distr. pass. et obligati generaliter bonis omnibus etiam futura comprehendantur, nostri capitis ratione ad ea conspiciendum, quod frequentissima esset illa conventio obligandorum bonorum omnium, quæ debitor habebat habiturusve esset l. et quæ nondum. 13. § quod dictum. sup. de pignor. facilius enim illud indici potuit per interpretationem obligationis generalis, quam quod isti volunt nulla expressa conventione de bonis nam assuetam consuetudinem idem juris esse. quoniam generalis conventionis facile admittunt interpretationem ex eo quod veri simile est, aliud scripsisse inter contrahentes. at id veri simile est aliud esse, quod et plurimum agi consuetum est. quare nec generali obligationi bonorum omnium presentium et futurorum continentur ea, quæ veri simile est non fuisse ea specialiter quam obligatorium et satisdationes in l. obligatione. 6. sup. de pignor. et conventio autem quæ nullo modo est expressa, ex illa consuetudine eam adjicienda pro expressa habenda fuisse nemo quam potest; in eam enim rem supplementione opus est non interpretatione. Supplere vero quod tacite est judicium quid debet. d. l. l. C. et quæ desunt adcrescat.

§. 1.

Videndum est, ne omnia illata, vel inducta, sedea illa, quæ, et illi sint, illata fuerint, pignori sint: quod magis est

Ad. § videndum. 1.

Ratio Dub. Tam inducta, et illata sunt illa quæ solum modo ad tempus inducuntur; quam ea quæ in perpetuum: Inducta siquidem, (et vestes accurs. ex l. Sinon inducta. 5. C. h. t. dicitat) sunt quæ manu inducuntur, illata autem quæ deferuntur. at illa quæ sunt magni ponderis, sive ut in prædio conducto perpetuo sint, sive dumtaxat ad

tempus

234 tempus inducuntur, solent dorso induci; et sic similiter ea quae parvi ponderis manu. Ergo omnia illa quae in conductum praedium inducuntur et inferuntur indistincte erunt pro mercedibus locatori oppignorata maxime cum ab Ulpiano in l. si horreum. 3. h. t. responsum sit: merces in conductum horreum invectas domino horrei pro mercede tacite oppignoratas censeri; quas tamen merces in dictum horreum invectas, ac illatas fuisse ut ibi perpetuo essent affirmare non possumus, sed ut inde extraherentur ad vendendum toties, et quoties vendendi occasio venerit, qui enim mercem dicit rem venalem dicit l. mercis appellatio. 66 l. mercis appellatione. 207. de verb. signif.

Decid. licet affirmare non sit verendum Pomponium in § pnti dum taxat innuere: ea illata, et invecta esse pignori obstricta ob quod praedium principaliter conductum fuit, sive eo animo inducta sint, ut ibi perpetuo maneant, sive non, secundum ea quae diximus in d. l. horreum. 3. non absque tamen fundamento dicere esse etiam possumus Pomponium hic statuere ea invecta ac illata dumtaxat esse locatori oppignorata, quae in perpetuum (id est durante toto locationis tempore) non vero dumtaxat ad parvum tempus in locatum praedium inferuntur. Id enim quod est in facili motu non dicitur esse in loco, tametsi manibus, vel dorso inductum, ac illatum sit l. debitor. 32. sup. de pign. l. fundi. 17. § Labeo. sup. de act. Empt. nec huic interpretationi re tragatur dicta ~~supra~~ ratio d. l. horreum. 3. Non enim dici valet horreum ac ~~con~~ custodiendam istam, vel illam in specie mercem fuisse conductum: sed ad universitatem mercium servandam, ad instar scilicet Tabernae de qua in l. cum taberna. 34. sup. de pign. per nos late

L. 3. Paulus Lib. 2. Sententiarum.

Cum debitor gratuita pecunia utatur, potest creditor de fructibus rei sibi pignorate ad modum legitimum usuras retinere

Ad. l. cum debitor. 8.

Ratio Dub. non debet creditor ex re pignorata lucrum aliquod facere, ut nec tutor ex tutela l. qui negotiationem. 58. in fin. princip. l. de administ. tutor., nec procurator, aliusve mandatarius ex mandato l. qui propio. 46. § Procurator. sup. de procurat. l. Idemque. 10. § si procurator

sup. mandat

sup. mandat. l. si pignore. 34 § primo. j. de furt.; datur enim
pignus creditori, et de debito suo cautum habeat, non ut inde lu
cri occasionem captet; adeo ut quos fructus ex pignore percepe
rit, licet suos faciat, quia percepit ex debitoris eiusdemque domi
ni voluntate l. si servus. 61. § locavi. j. de furt. in sortem tamen
imputare cogatur, nisi cum pactum de antichresi constituendo in
ter contrahentes initum est l. si is qui. 11. § antichresis sup. de pignor.
at qui in proposito tale pactum, neque expresse, nec quidem tacite fuit
initum; licet enim pignus sit constitutum, non tamen inde se
quitur, quod antichresis scelerata etiam esse debeat. Quoniam
pignoris nomen generis est antichresis speciei: omnis antichresis
pignus est, sed non vicissim omne pignus antichresis dici potest, non
magis quam omne animal homo; alioqui nil distaret genus ab spe
cie, si utcunque datum pignus esset antichresis quoque contracta
dici posset. Imo ex contrahendi modo contrarium colligitur, im
plicat enim quod gratuita pecunia sit, et quod usuras pareat, aut
fructus ex pignore perceptos in vicem usurarum creditori retinere
patiatur. Quoniam pecunia maxime gratuita sterilis est, nec
aliam pecuniam gignit, et sentit Aristoteles in Ethicis, et usura
non natura, sed iure, et negotiatione percipitur l. si navis. 62. sup.
de rei vendicat. Non poterit igitur creditor, qui gratuitam pecuniam
suo debitori credidit, et ab eo fundum aliquem in pignus accepit
ex fructibus ex dicto fundo perceptis aliquos in vicem usurarum
quantumvis legitimarum retinere; sed potius omnes in sortem im
putare tenebitur l. 1. 2. et 3. C. de pignorat. act.
Decid. Antichresis Teste Doctiss. viro Jacob. Cuiat. lib. 8. observat.
cap. 17. duobus modis contrahi intelligitur, et expresse, et tacite. Ex
presse tunc scelerari dicitur cum inter contrahentes expresse con
ventum est, et creditor fructus rei sibi pignoratae in usurarum
vicem suos faceret de quo per nos late in d. l. si quis. 11. § si antichresis
sup. de pign. Tacite vero quoties pro debito tale pignus datur ex quo
fructus aliquis percipi potest; etiam si nil de usuris prestandis, aut
de fructibus in vicem usurarum percipiendis convenerit. At qui

sic

236

rei a Paulo pro reponitur datum esse a debitore huic creditori fructus parentem in pignore. Ergo in pacto tacita antichresi contracta esse videtur. Leges enim omnes debent intelligi secundum naturam rebus in quo sunt posita. l. Imperatores. 16. sup. de in dic. addict. Minime itaque non est, si ab eodem mutuo Paulo Responsum extitit: creditorem ex fructibus ex pignorato fundo percepti, usque ad concurrentem legitimarum usurarum quantitatem sibi retinere posse. Pacta enim omnia in contractibus ad viam servanda sunt. l. 1. sup. de pact. l. 1. sup. de constitut. pecun., et non minus tacitum, quam expressum, cum utrius que cedunt vires ac virtus l. cumquid. sup. de reb. credit. l. si fundus Amel. eod. tit. l. alt. ff. de leg. 2. l. Item quia. 6. pp. de pact.. Nec id quod de gratuita pecunia dictum extitit quidquid adversatur: gratuita enim in pecunia (utait Cuiat.) dicitur non data usura, de qua convenit, ut gratuita esset; sed illa etiam de qua non convenit, et sit subsecuta, licet debitor quasi de uti scopa Migans pecuniam tradendo pacto conveniat, ut usuras usurarum creditor fructus percipiat. Ex superadictis patet, quam valde a bali quibus mihi propria corrigendum sit, qui putant correptum esse Pauli contractum inter quos Franciscus Hottoman. in Suar. Mevar. lib. affirmare non timuit in primis verbis l. 11. negationem deficere ea que addita fuerunt: cum debitor non gratuita pecunia usuras quid tamen in ordinario pignat cum eo usus principio: et puta correctionem, ac emendationem legum in dubio intrandam esse l. si quando C. de inoff. testam. l. 1. C. de usufr. dot. cum simil.

a ad modum legitimum. Ratio Dub. Pacti expressi, et pactitacitis idem est Judicium et diximus. At qui questus antichresi expressa constitutae est creditor omnes fructus rei pignorati indistincte lucrandi hoc sibi cavit non attento, an modum legitimarum usurarum excedant nequid debet semper de pignorati fundi veritate constare) nec ne. d. l. si qui. 11. §. Antichresi. l. l. si ea lege. 17. l. Neo. 27. C. de usur. Ergo nec etiam in antichresi tacita legitimarum usurarum modus servandus non est.

Deind. distinguendum constituendum est inter antichresim expressam et

tacitam

Tacitam (ut recte etiam Cuiat. animadvertit) Tacita servat legi
timarum usurarum modum, ut hic Paulus attestatur; expressa ve
ro non servat d. l. ea pactione. 14. C. de usur.: cuius diversitatis
ratio ex eo depromitur. quod creditor qui ex debitoris voluntate et
conventione expressa fructus sibi percipit, ius habet quasi tum sibi
ex proprio contractu, nec aliter fuerit contracturus. Nec enim est quod
ei invideat debitor, si pluris sint fructus, quam usurae legitimae, quan
do, et si nil ex fructibus provenisset nil tamen aliud pro usuris petere
creditor posset, iuxta legem conventionis, qui tamen alioqui gratui
tam pecuniam non erat crediturus. At ium nulla conventio
praecedit, sicut non habet debitor quod conqueratur creditori ad
legitimum usque modum usurarum fructus pignoris retinente quia
tacitam suam voluntatem in id accommodasse creditur, cum si
alio esset animo protestari debuerat: nolle se ex pignoris sui fructi
bus quicquam sibi decedere. Itaque eque boni consulere debet
creditori ut in locum usurarum pecunis quam gratuitam esse vo
lebat, permittatur sibi retinere ex fructibus quantum satis est ad legi
timas usuras complendas, sibique imputari debet si ampliores fruc
tus consequi volebat, cur non melius sibi prospexit per antichresim
expressam, ut pro inde nullo modo in sua praetentione adiuvandus
sit, iuxta dispositam in l. veteribus. sup. de pact. et in l. quidquid ad
trinomedi. 99. de verb. oblig. Observandum tamen est, aliquando
in antichresi expressa legitimarum usurarum modum etiam
custodiendum venire, ut puta, si fructuum aestimatio certa fuerit,
ac taxata, sive taxatio illa mutua creditoris, et debitoris conventio
ne fuerit facta, sive per ~~locationem~~ locationem ab eodem credi
tore alij factam (dummodo iusta fuerit merces illa, quam creditor
ex locatione est consequutus, quoniam si ex stultitia conductoris plus
perceperit, quam iusta mercedis ratio ferebat, vix est ut debitori pro
desse debeat, quod ex alterius quam ex debitoris damno ac incom
modo ad creditorem pervenit). Cum enim sola incertitudinis ratio
sam conventionem tueatur, ne quicquam in fraudem usurarum

et consti

et constitutionum excogitatum diu possit ut per nos fate in d. l. si is qui. 11. §. 1. sup. de pign., plane consentaneum est, ut si quomodo certum sit sibi debitum ex fructibus comparet, offendat in legem, quatenus is redditus legitimas usuras superabit. Quod ex d. l. si ea pactione. 17. C. de usur. manifestum sit, ubi Imper. Alex. scancivit: creditorem, qui iuxta conventionem initam domum sibi a debitore suo oppignoratam inhabitavit quicquam pro mercede debitori praestare non teneri, licet merces assueta legitimarum usurarum modum creditae pecuniae excederet; secus autem, si non per se, sed per extraneum talem domum inhabitaverit

L. 9. Idem lib. singul. de offic. Perfecti vigilum.

Est differentia obligatorum propter pensionem, et eorum quae ex conventione manifestarij pignoris nomine tenentur: quod manumittere mancipia obligata pignori non possumus: inhabitantes autem manumittimus: scilicet antequam pensionis nomine praecludamur. Tunc enim pignoris nomine retenta mancipia non liberabimus. Et derisus Nerva Iuris consultus, qui per fenestram monstraverat servos detentos ob pensionem liberari posse

Ad l. Est differentia. 9

Ratio Dub. Servus ab eo qui eius dominus est, pro illius arbitrio libertatem consequi potest l. si servo. 2. l. qui ob necem. 5. l. qui sin. manumis. ad libert. perv. et tot. tit. l. de manumissio. et tit. de manum. vindict. At qui servi quantumvis expresse pignorati non mediter, sed debitor dominus est: dominium enim pignoris semper quod apud debitorem remanet, licet illius possessio in creditorem transferatur l. cum et sortis. 35. §. 1. sup. de pignorat. act. Ergo servus a domino specialiter obligatus per eum recte manumitti poterit: neque enim ob pecuniarium damnum, quod ex huiusmodi libertatis datione creditore potest impedire dicta libertatis concessio valet l. cum pater. 77. § cum existimaret. l. de leg. 2.

Decid. Differentia statuenda venit inter servi oppignorationem generalem, cum alijs ut puta rebus, et inter specialem. Prima etenim libertati non impedit dationem l. licet. 6. sup. h. t.; bene vero

Speciali

Bene vero Specialii, non Affuta quid dicitur Lucaplet. ff. l. huic pignori. 1. ff. de manumiss. l. siquis Migatus. 6. §. qui sui. manum. ad lib. l. servum pignori. 4. l. Pignoris. 20. cui l. seq. et §. 1. et l. ge neraliter. 29 §. qui. et a qui. manu. Lib. n. sui. atqui Paulus in hac nostra l. de Servis Specialiter pignori dari agit: valde enim al- Lucinantur illi qui existimant Paulum in hac lege monere diffe rentiam constituendam esse inter pignus expressum, et tacitum, cum e contrario non distinguat Paulus, an ea que Migata sunt pig ter pensionem, Migata sint, expresse, aut tacite. Sed an id quod Mi gatum propter pensionem quoquomodo, et in distincte, desit sui ea presse, sue tacite, an ex conventione Speciali manifestaria et Speciali ex alia scilicet quam pro suorum causa, et priore casu non prohibetur manu mitti sua, si modo ante manumissus sit, quod dominus in eque conducto pensionis nomine precludere nul. Posse riore vero casu prohibetur. Nec ab his valde distant ea que tradi tradita in d. l. siquis. 6. §. qui sui. manum. ad Lib. pene. Sit aut boni omnes debitoris Migati generaliter servum specialiter non Miga tum recte ad libertatem pervenire posse Ergo non poterit domi nus in nostro casu suum servum manumittere: Pignus enim generali, non tam rem pignoratam afficit, sicut Speciale d. l. si quis 6. et sicut tradit in 27. p. l. §. qui et a quib. manum. hb. non fient

a. Tuetur enim Ex prius versic. colligunt non male Interpret: ere ditori licere, si pecunia ei per conductorem absentem non solvitur conductam domum aperire, manupia invento venire, eaque extra omnia que ibi sunt describere, presentibus et intervenientibus honesti bus et fidelibus personis ad que arum officium id pertineat. contra hi debitari potest Rabo dal. si Inquilini domo non debet locatori licere rimari, et id facere per quod introitus detur ut secreta Patrimonij pandantur, quod tamen per huiusmodi inventarium et descriptionem evenire solet l. 2. ff. de alim. pupil. prest. l. 2. vers. quid enim tam durum ff. quand. et quib. quart. pars deb. lib. 10. Ergo non potest locator domum conductam aperire, manupia invenire

240 mancipia inventa in ea retinere, et opera omnia describere
Decid. omnia quæ in domum conductam ab Inquilino illata sunt hoc
ipso sunt locatori tacite pro pensione obligata l. si hominem. 3. l. Locat. C.
h. t. habet ergo Locator ius et aperiendi domum quam locant, et describendi, et retinendi res omnes in eam illatas, ut sibi tanto magis caveatur
habeat de pensione. Adeo nanque tempore quo id factum est, post pro-
jectum Edictum in dubio pignus, quod antea non fuerit, nasci tacitum
fieri quo dammodo expressum et manifestarium ut elegantur Ariat.
lib. 17. Novell. cap. 29. Si tamen vellet Locator aperire horrea lo-
ca, nec patera curant describi omnia quæ in horreis essent, aut
de descriptione non fieri curarent, sed propria sua auctoritate, non per
Judicem, et magistratum, et domestici tantum personis, non etiam
publicis intervenientibus, non illum audiendum esse, sed statim
condemnandum eo nomine actione ex conducto. Et quidem ut opinor
quamvis conductor in litem iusserit, quia vix est, ut sine damnato
id fieri possit, et in omnibus bonæ fidei actionibus, per quas id quod nostrâ
est persequimur venire in litem potest l. 2. C. in actionibus. §. sup.
de in lit. iur. Solebant namque in horrea inferre quæ quis
velit aurum, argentum, margaritas, et si quid aliud præciosius est
et apparet ex l. 3. §. ult. Hæc verba sup. de Act. empt. vigil. nec quidem his
omnibus illatis Locator ius tacitæ pignoris haberet, cum fieri non
possit, quominus vim fecisse videri debeat l. cautum. 17. sup. quæ
mod. caus. tacit. l. si quando. §. de vind. ff. Et in tantum possibilia
vera sunt, quod nullo alio modo Locatori (curæ scilicet illata et
inversa in prædium conductum) quam per retentionem bonorum ad
ordine supra dicto tacitum pignus constitutum est; nulla ei addicta illata
venit indulgenda actio, neque civilis, neque Prætoria, neque de pos-
sessione, neque de vino pignoris, hoc est neque Salvianum inædificii
neque Serviana, quia neque est necessarium, neque utile pati
de vino se inferre pignora, quod eam satis abunde caveat
et Locatori data ei mentione rerum illatarum si non apparent in
quilini, aut in pensionis solutione cessaverit. nam cum ipse in
dicti illatis habeat tacitam D. l. Licet. 6. h. t., vel expressum si de

illo con

Si de illo constituendo expresse fuerit conventum imputari po
test ei, cur illata in prædium abduci per conductorem, et auferri
passus sit, cum per eorum retentionem posset sibi consulere et
petere ut distraherentur sibique ex pretio solveretur ut in h. n. l. et
l. 1. §. de migrand. l. si in vinea. 20. §. de in iur. Eorumque non
facto quod fieri potuit, et debuit, quid ei potest imputari qui res
illatas emit bona fide, sive sciverit obligatas fuisse, sive igno
raverit? Annonne iustam et probabilem causam habuit exis-
timandi venditionem illam fieri non reluctante locatore, et qua
si solutis locatori pensionibus, propter quas alioqui ius suum ex
equi, ac prædij urbani hostium præcludi, signarique ut viberetur
impetrare potuisset? Cur ergo pateretur Prætor inquietari eum
per Servianam?, de Salviano enim non est dubium, cum num
quam detur illud contra extraneum possessorem l. 1. C. de præ
car. et salv. Interdict. Et vero constat bonorum mobilium
illam esse conditionem, ut eorum possessio facilius amittatur
quam immobilium, ob negligentiam solummodo ipsorum cus-
todiam l. 3. § Nerva filius. 44. in princip. et in fin. l. si rem
mobilem. 47. §. de acquir. posses. et consequenter eademque fa
cilitate ius pignoris quod in his cum ipsa possessione fuerit acqui
situm, ut quemadmodum pignus propie non est, nisi cum possessio
transit ad creditorem l. si rem. 9. § propie l. cum et sortis. 35.
§. 1. sup. de pignorat. act., ita et pignus esse desinat, non qui
dem statim atque amissa possessio est; sed statim atque neg
gleta fuit eius retentio: quoniam perinde nuda voluntate
creditoris liberatur pignus: atque sola possidentis voluntate
possessio amittitur l. 4. §. 1. et l. seq. et passim §. quib. mod. pig
vel hypoth. solv. l. si quis vi. § est differentia §. de acquir. posses.

L. 10. Scævola Lib. 6. ff. 4

Tutoris hæres cum hærede Pupilli transactione facta, cum
ex ea majorem partem solvisset, in residuam quantita
tem pignus obligavit. Quæsitum est, an in veterem

contrac

contrahum esse rei obligata esse. Respondit secundum ea
que proponerentur obligata esse

ff. d. l. Tutoris. 10

Ratio Dub. Transactio nisi lis sit constituta, vel imminens
fieri omnino non potest. l. 2. Ff. de Transact. est enim transactio
nis species dicitur, et scilicet per eam aliqua lis mota, vel movenda
recedatur l. Patricio. l. causas. 16. Ff. eod. tit. at qui ad curatores Tu
toris heredes, neque Pupillus, neque heres eius (tutelæ tamen contem
platione de qua agitur) ullo modo experiri valet. nemo enim sine
actione agere valet l. si pupilli. 6. ff. ult. sup. de negot. gest. l. quotiens
3. § generaliter l. Tutores. 29 ff. de administrat. Tutor. at actio dicitur
Tutelæ cum eius accessorium nominetur illius naturam sequi ad mi
gretur l. accessorium. de regul. Jur. l. cum aurum. 29 § perveniamus
et l. seq. l. si quando. 29. ff. de aur. et argent. legat. nullam que Tute
lam (nisi legitima fuerit) in tutoris heredem transire certum est
l. Tutelæ. 6. ff. de tutel. hoc igitur casu, quasi nulla subsistente
transactionis materia dicendum est: Transactionem per heredem
tutoris, cum heredi pupilli factam imperfectam esse: cum quidquid
perfectum est constare debeat materia, et forma

Deinde. Omnes actiones que contra defunctum competebant adver
sus illius heredem regulariter indulgeri solent l. nemo potest. 35. cum
2. ff. seqq. sup. pro socio. In omnibus enim oneribus hereditarijs qui
bus defunctus ex propria persona tenebatur extra pœnas delictorum
obligatus heres censetur l. quidam. 35. ff. Solut. matrim. l. 1. § ult et
l. 4. ff. quib. in cau. in poss. eat. l. si duo. 38. ff. de acquir. poss. at
qui in priuati spatio tacite a socijs nostris pro superiori tutorum
defuncti nomine tenori debita tutelæ actione: bene igitur heres eius pa
cto quod dictus defunctus Tutor ex tutellari administratione
pupillo, vel eius heredi debebat cum ipsi illi ipsi transigere potuit
quæ libet enim lis que pervenire potest, et inter extraneos illa, que ab
ne tutelæ materiam ad transigendum pro bat l. 1. et 2. Ff. de transact. et licet Tutelæ officium ad heredes tutoris testamentarij, vel da
tivi non transeat, quia scilicet in tutela eligitur Jurisdictio Tutoris

§ Impub

§ Impuberes Inst. de auct. tutor. et (in duplo) et electus tutori hæredi ab illius incertitudinem eligi non potest l. qui liberis. 9. §. 1. ff. de reb. et pupill. l. Secundum est. 20. ff. de contrab. stipul. transit tamen in eum actio Tutelæ l. sine hæred. 32. l. Tutores. 39. l. tutor. 56. et ibi not. ff. de administrat. et peric. tutor.

a an in veterem. Ratio Dub. Licet pignoris Obligatio si semel sit celebrata duret sumpta etiam principali Obligatione l. 1. et 2. ff. de distr. pign. l. hæredes. 29. § Idem Privatus. sup. tamet. Evicti. l. In executione. 25 § penult. ff. de rei. vind. ; ab initio tamen adjecta personali quæ principali dicitur constitui nequit l. Res hypothecæ 5. sup. de pign. l. cum principali. 181. de regul. Jur. at qui per transactionem pepercit inter Pupilli et Tutoris hæredes subrogatum prime tutelæ Obligationi dicitur cautum ; per transactionem inimicitia celebratam priori Obligationi inducitur novatio. l. aquilliana 4. et seq. sup. de transact. Ergo pignus pro firmitate ac validitate transactionis duntaxat obligatum, casu quo transactioni postmodum non stetur (quod tamen a quibusdam fieri impune, est pro habitum ff. tutel. 10. ff. de transact. pro primeva tutelæ Obligatione strictum censeri non potuit : non enim inimicitiæ possunt esse qualitatis ff. Quis qui in provincia vers. quoniam. sup. si cert. petat. l. 4. § condemnatum. ff. de rei vind. l. 2. sup. de rei vindic. maxime etiam, cum limitata causa similatum debeat produci restrictum l. In agris. ff. de acquir. rer. dom. l. cancellaverat ff. de his qui in testam. del.

Deinde Transactio, vel est celebrata simpliciter, et tunc si per unam ex partibus promissa non adimplentur stipulatione non impetrata datur primeva actio l. cum proponas. ff. de pact. l. Sine quid acta. ff. de transact. (interveniente vero stipulatione pœnæ transactionis necesse contractus, sed stipulationis non actionem pro causa habentis l. cum enim. 7. cunct. § fin. ff. de novat. vel animo novandi. Et ista duobus modis resciri dicat, vel de facto remissa stipula minoris status, qui semper restitutionem in integrum meretur, quæ res minor etiam in tradimidiam by des probatur hæ

ut. ff.

tit. tit. C. si adversus transact. l. superestite. 9. C. de dolo, vel ob
dolum, si ei causam dederit, data autem doli mali exceptione, et non
ipso iure (ut quidam falso fuerant; cum enim dicimus transactio
nes dolo malo, aut vi vel metu interpositas ratas haberi non debeant
: non id significamus ipso iure nullas esse, sive dolus eis causam de
derit, sive in eas inciderit, sed infirmari eas opposita doli mali
exceptione, vel replicatione ita expresse Impp. Diocl. et max.
in l. sub praetextu. 29. C. de transact.) Et in omnibus istis casibus, pig
nus pro transactionis validitate obligatum pro primaevo contractu obs
trictum remanet, in odium scilicet illius, qui pacta adimplere re
cusat, et etiam dolum committentis, sive expressum, sive tacitum
et praesumptum, ut hoc hic notat Bart. At qui omnes isti casu in
proposito fingi valent: semper enim termini habiles sunt suppo
nendi l. Tutor. 36. §. 1. sup. de iure iur. l. 1. § ult. ff. ad SC. Tertull. l. adige
re. 16. § quamvis. de iur. patron. re stargitur ratione hic a, sic vola res
porsum extitit: pignus pro transactionis validitate obligatum in con
trafactionis casu facite ex legali dispositione pro pristino contrac
tu obstrictum remanere. Ex dictis liquet quam maximopere caven
dum sit a Bartolo affirmante: restituto in integrum minore ad
versus transactionem dictum pignus pro primaevo contractu obstrictum
non remanere. Cur ergo in isto casu non? nonne militat eadem ra
tio poenae doli? certe etiam; dolo enim fecisse qui fecit quod facere non
debuit l. Tutor qui repertorium ff. de administrat. tutor. l. si procuratorem
§ dolo. sup. mandat. l. dolo ff. ad leg. Cor. falc. l. 1. C. de caus. dat. at qui
minorem decepit id quod iure naturali facere est prohibitum, perpetra
vit. §. Iuris praecepta Inst. de iur. natur. Quanto magis, quod restitutio
in integrum damnosa pupillo numquam esse potest l. quod si minor
24. § restitutio l. Patri. 27. § si pecuniam. sup. de minor. l. unic. C. de
repet. qu. fiu. in iud. in integru. restitut.

Quæ Res Pignori, vel Hypothecæ datæ obligari non possunt Titulus 3.

L. 1. Marcianus Lib. Singul. ad formul. hypothec.

Pupillus sine Tutoris authoritate, hypothecam dare non potest

Ad. l. Pupillus. 1.

Cum Emptio et venditio maximam affinitatem cum pignoris datione habeant, et propterea scriptum sit in l. sed et quod 9. §. 1. sup. de pignor. ea quæ emptionem, et venditionem recipient oppignorationem recipere solent, et aliquarum rerum venditionem prohibitam, ex defectu potestatis vendentis, et aliarum ipsarummet rerum venditarum occasione videamus l. Julianus. 13. §. si quis 29. sup. de act. empt. l. et liberi. 4. sup. de contrah. empt.; merito in pnti quæritur titulo: an pignoris datio in aliquibus casibus, tam intuitu oppignoratitis, quam ipsarummet rerum obligatarum nobis introducta etiam censeatur quodque in quibus casibus eveniat ex sequentibus manifestum fiet P.I est in pupillo qui absque Tutoris authoritate pignus constituere nequit. sed Ratio Dub. Pupillus etiam sine Tutoris authoritate stipulanti promittendo naturaliter obligatur l. 1. in fin. ff. de novat.; naturalis enim obligatio ex solo æquitatis vinculo æstimatur S. Sthicum aut Pamphilium 95. §. naturalis. ff. de solut. quod scilicet ex postulat. pacta servari l. 1. sup. de pact. l. 1. sup. de constitut. pecun. at qui is qui naturaliter obligari potest pignus valet constituere; Pignus etenim non tantum pro civili; verum etiam et pro naturali obligatione Fideiussoris recte constituitur l. Res hypothecæ. 9. sup. de pign. l. 6. § ult. ff. de fideiuss. talisque oppignoratio creditori possidenti retentionem parit l. solutum. 11. §. in sortem. sup. de pignorat. act. Ergo Pupillus citra Tutoris authoritatem pignus utiliter constituere potest

Decid. Pupillus absque Tutoris concilio, ac authoritate ex nullo contractu obligari valet l. obligari. 9. ff. de authorit. Tutor. l. more nostræ civitatis. ff. de acquir. hæredit. § nunch ad monendi sumus. Inst

quib.

quib. alien. licet vel no, cum illa ꝙ tas non intelligat quid agat l. Pupillus. 9. ff. de acquir. hered.; et ea quoque ignorat quæ videt l. 1. ff. de bals. monet.; id quoque necessario respondendum est consilio, et judicio Tutoris, quis sit eam causam dominii Deo habitus l. si fundum. 7. ꝙ. si Tutor. ff. pro Emptor. atque in proposito a Mariano pro hoc positus, Pupillum pignus absque sui Tutoris consilio constituisse: nam in mercibus quæ ibi adquiruntur Respondendum est: nullius robur esse hanc nec pignoris constitutionem: Prætor enim pactis contra juris regulas constitutis, de initis bonis tatum, ac robur denegat l. Quidam enim. 7. ꝙ ait Prætor. sup. de pact. l. Pacta quæ contra. 6. de cod. tit. et sibi imputare debet, qui cum pupillo sine tutore contra juris regulas contraxit l. contra. 28. sup. de pact. Non nego Pupillum Mujavi naturaliter d. l. 1. ff. de novat. Sed contendo non Mujavi civile naturali; aliud enim est Mujari quem naturaliter, et aliud est Mujavi civi naturali: Mujationem enim naturalem constituere potest quæ libet ꝙ æquitas naturalis quæ tantum libet generali, quali illo est, ut quis implear quod promisit. d. l. 1. sup. de pact. at ut quis Mujavi civi civili naturali, tum ꝙ æquitatem esse oportet cui aliqua ꝙ quis pactionis nulla repugnet; semper enim potentior ꝙ æquitas vincit debitorem l. servus. 61. ꝙ quod vero. ff. de furt. Hic autem major ꝙ æquitas fuit pro pupillo, ne cum effectu Mujaret, quia per naturam ipsam fit, ne possit sibi consulere. natura enim ipsa consilio cui quasi parum firmo resistit ut in l. 4. sup. de serv. exportand.; nec si quod magis est pecuniam mutuam sine tutore accepit, nego naturali Mujationis, quia pupilli promissio civiles non est effectus civis civili, sine ad inducendam exceptionem, aut retentionem, aut compensationem, quamvis sensu sit, si ab eo pecuniam mutuam se Mujavit naturaliter; neque cum civi civili prohibitum est Pupillo sine tutoris authoritate mutuam pecuniam accipere quippe mutuam pecuniam accipiendo potest fieri locupletior autem pignus constituendo. atque hic ex contractu celebrato per ipsum pupillum tutore est locupletior non solum naturaliter Mujavit;

Se detrim

Sed etiam civiliter ex rescripto Divi Pij l. si Pupilli. 6. in princip. l. ne Sennius. 34. sup. de negot. gest. l. 3. in princip. sup. cum modat. Quapropter merito Pupillo pignoris denegatur utilis constitutio, cum nec possit absque Tutoris authoritate propter metum pignoratitiæ pignus accipere ut loquitur Modestinus l. Pupillo. 38. sup. de pignorat. act. Licet eo casu meliorem suam conditionem facere videretur, cum semper plus cautionis sit in rem, quam in persona l. plus cautionis. de regul. Jur., et creditoris expediat potius pignori incumbere, quam in delitoris personam etiam si maxime solvendo sit expiriri. §. furti actio. Inst. de Oblig. quæ ex delicto nasc. Quanto igitur magis erit ei denegandæ pignoris obligatio? cum illa rem ipsam obligatam efficiat, et nisi integro delito non soluto non finiatur l. pignoris. 17. sup. de pignor. l. si creditor. 7. § ult. ff. de distract. pign. l. si rem. 9. § omnis pecunia. sup. de pignorat. act. l. grege. 13. § etiam sup. de pignor.

§. 1.

Si filius familias pro alio rem peculiarem obligaverit, vel servus, dicendum est eam non teneri, licet liberam peculij sui administrationem habeant: sicut nec donare eis conceditur. Non enim usquaque habent liberam administrationem. Facti tamen est quæstio, si quæratur quousque eis permissum videatur peculium administrare

ff. d. §. si filius famil. 1.

Ratio Dub. Certum in iure est nos alienam rem pignori dare non valere l. si rem. 9. l. aliena. 20. sup. de pignorat. act. ne scilicet alteri per alterum iniqua conditio contra ius naturale inferatur l. non debet alteri. 74. de regul. Jur. atqui filius famil. nulla bona in civitate habere dicitur l. nec lex cornelia. 28. ff. de vulg. et pupill. l. 1. § si quis a patr. manum. Nec etiam bona peculiaria in eius sunt dominio, sed solum in Patris l. 3 § sed utrum l. Patri. 27 in princip. sup. de minor. Frustra igitur est hic quærere; an si a filio familias res peculiaris obligetur a iure talis oppignoratio sustineatur

Decid.

247 Decid. Licet Peculium non sit vera filij fam.il. ; ad eum tamen peculij administratio, et alius negotiatio est ei permissa : in quod quid valet non sibi sed sibi ipsum ; verum etiam et Patrem sua de peculio obligare l. si quis. 44. sup. de pecul. et per hoc hb. non ignotus superuacuum est hic inuestigare : an filius familias horum maxime sui peculij administrationem habens rem peculiarem obligare possit : pro Sticho cum a Paulo, et a Martiano responsum sit : filium familias, et seruum seruum peculij administrationem habentis res peculiares obligare valere l. si conuenerit. 1. & fin. l. eadem. 9. sup. de pignorat. act.

a vel seruus. Quis dub. nemo nescit, quam longe diuersa ratio sit, patris, ac dominicæ potestatis, et quam in multis differant Patria enim potestas, sicut nomine dulcior est (nomina enim sunt dulcia nomina, quam Patris, et filij l. seruorum. 220. de verb. signif.) ita effectu ipso nil nisi pietatis speciem quandam l. Stichum in fin. l. si a parente. qui. manumis. . Dominica vero potestas et nomine diuersa, et effectu pene tyrannica, si non aliqua moderatione temperetur l. 1. et 2. sup. de his qui. in. su. vel. alien. iur. non ego debuit Marcianus in hac lege tam communiter, et promiscue filium familias, et seruum cum pecu, quasi nulla sit, aut esse debeat hac parte inter eos differentia : quam nec negari potest qui filio familias aliquam esse l. 7. § sed et si filius. sup. de pecul. nam et filius familias ea sui contra filij negotium, et conueniatur in solidum et seruus nullo modo l. nec seruus. 41. d. l. si quis cum filio familias 44. sup. de pecul. E filius familias et seruus in modo acquirendi, et conseruandi pari passu ambulant. Sicut enim quicquid acquirit filius familias (simpla causa cassensus) eius patri acquirit, ita ut neque momento quidem temporis acquisitio in persona filij familias concipiatur Scio de alio l. Plaut. 29. ff. de acquir. hæred. : ita et seruus. nunquam enim capax est acquisitionis. Vnde est, quod acquirit dominis, non sibi sciens; verum etiam et ignoranti, ex omnibus pene causis l. etiam. 32. ff. de acquir. rer. domin. l. seruus. 65. ff. ad S.C. Trebell. Et quum ad modum filius familias nulla alia bona habere dicatur, quam

E Decid.

peculium

peculium a patre ei datum. Peculium etenim propium patrimonium filij familias existimatur l. 3. § peculium dictum est l. hinc queritur. 19. § 1. l. si ex dicto 32. l. Peculium et ex eo. 39. l. quoties 47. § ult. et pass. sup. de peccul. Sic servus nullum aliud patrimonium, aut quasi patrimonium habere potest, quam peculium l. depositi. 3. § ult. d. l. hinc queritur. 19. d. l. ex dicto 32. sup. de peculio. non igitur male in isto casu filium familias cum servo Martianus ęcquavit, cum militet in utroque eadem ratio: sicut enim filius familias liberam sui peculij administrationem habere, et in suo casu rem peculiarem pignori dare potest, ita et servus; et econtra d. l. si convenerit. 18. § ult. cum l. seq. sup. de pignorat. act. verum tamen est, quod non desunt casus, in quibus alia ratio habenda est filij familias: et alia servi, etiam quo ad actionem de peculio, ut in d. l. 3. § sed si filius: sed casus ille, et alij, si qui sunt similes ad propositum non pertinent, et rationem diversitatis suis in locis interpretes tradunt. Tantamque habent familiaritatem et similitudinem servus, et filius familias, ut constitutum sit: Potestatis nomen generis nomen esse, licet ęquivocum, et non univocum l. potestatis. 215. de verb. signif. et sic prędicat de multis tamquam de suis speciebus, quamvis ęquivoce, non univoce, et inter alias de dominica, et patria potestate, ut in l. 1. § 1. et in l. Item 5. sup. de his qui sunt sui vel alien. iur. ex qua ordinaria similitudine ac affinitate sine dubio Justin. illud vulgare suum dictum: ea quę servo dicuntur de filio familias regulariter etiam verificari, et econtra. § 1. et § quę diximus. 7. Inst. quod cum eo qui in alien. potest.

B. Eam non teneri. Ratio Dub. quisquis contrahit cum filio familias, vel servo peculium habente intuetur peculium illud, et quantitatem peculij, tamquam propium patrimonium ipsius filij familias, vel servi, cui concessam sit a patre vel domino pusillę cuius pec

cunię

239 peculij administrationem, nec aliter cum eo fieret contractus
d. l. hinc quæritur. 19. §. 1. l. et ancillarum. 27. §. fin. l. quæris. 47. §.
fin. sup. de pecul. proinde non est decipiendus l. si donatus. 9. §. 1.
sup. de condict. caus. dat. l. pure. & penult. §. de don. mal. except. Decipere autem si a filio familias, vel servo rem peculiarem in pignus
ei aliquis non licebit. Tametsi etenim filium tam. habuerit Magistratum
cumque eum sui de causis fecisset pro ea quod dum in patria
esset potestate contraxit posset convenire l. 2. sup. de in ius voc. ast. l. et
exhibendum. 29. §. de rei vind. l. si debuit. 10. § filius familias. §. de fid
iuss. Interest tamen creditoris pignori potius vicumtore quam in
ipsi debitoris personam eam si maxime servando sit cupiverit § fin.
ashis Inst. de Magis. qui in dilect. nasc. cum semper plus cautionis in
re, quam in persona esse soleat l. plus cautionis. 21 de regul. Iur.
Ergo si filius familias vel servus literam peculij ad mercatorem
habens ut literarem peculiarem pignori dare potuit; maxime
cum hoc ipsum expresse responsum sit in d. l. si convenerit. 18. §.
fin. cum l. seq. sup. de pignorat. act.

Decid. Valde interest an servus, vel filius familias rem peculiarem creditori Magistratui ea causa peculiari ut in d. l. si convenerit
18. § ut. cum l. seq. sup. ponendum est ut restituat Bartol. Janus
pro extraneo, et hic a Mastrio dicitur Primo enim casu, ut
pium est, quod peculiaris est rei, ac per hoc Magistratui, cum filio
familias, et servo permittitur id contrahere, Patrem, et Dominum Magis
re quatenus est in peculio d. l. de pecul. §. §. 1. et 2. d. l. si quis filius
4. et ut. hic. sup. de pecul. remque peculiarem alienare d. l. si convenerit. 18. § ut. in fin. In isto que casu dominus tenetur de peculio
etiam si servus sine voluntate eius contraxerit (quod de specialis voluntate intelligi debet, qualis est voluntas eius qui iubet, quique ideo in
solidum actione quod iussu Magistratui, quasi cuius fidem sequutus sit
qui cum servo contraxit l. 1. sup. quod iussu. l. si quis servum. 29. §.
1. sup. de pecul.) quoniam nemo vellet ex causa peculiari con-

tra-

contrahere pro sertim cum servo, nisi sciret servum contra 251
here, ex quadam tacita domini voluntate, ideoque fore ut ex
eo contractu obligatum habiturus sit dominum actione de pecu
lio. Nec magis cuiusquam interest, quam Parentum, vel domi
norum ita eis constitui, ut ea spe electi homines contrahant
cum filijs familias, vel servis ex quorum personis nullum alioqui
lucrum sperare parentes, vel domini possent. In 2.º vero casu
diversum est: Peculium etenim ideo filio familias, vel servo
datur, ut illud augeat, suaque libera administratione Patrem
Dominumve tanto faciat locupletiorem, non ut illud dissipet
, ac donec, ut a montiano nostro hic dicitur et in l. filius fami
lias. 7. §. de donat. Ulpianus scriptum reliquit. at in isto casu
peculiaris res quodammodo dissipari videretur: Pignus etenim
rem ipsam afficit quae obligata est, et tribuit creditori eius non
solum ad rem, sed in re l. pignoris. 17. sup. de pignor., et nisi
integro debito soluto non finitur, nec perimitur l. si rem. 9. §
omnis pecunia sup. de pignorat. act. Talisque res invitoeti
am filio familias, vel servo distrahi posset cum in hoc consistat
virtus pignoris l. 4. sup. de pignorat. act. Ergo filius familias
, vel servus quamtumvis liberam peculij administrationem ha
beat rem peculiarem pro extraneo oppignorari minime poterit
. Illud enim obligare esset dissipare (ut supra probatum extitit)
, et nullus actus illa agentium intentionem operari valet l. si quis
ita §. de testam. tutel. l. non omnis numeratio sup. si certum petatur.
C. non enim. Ratio Dub. qui totum vel omne dicit nil excepit, aut ex
cludit l. Julianus respondit. 68. l. testatorem in princip. §. de legat.
3., et sibi debet imputare qui nimis generaliter locutus est, nec
excepit specialiter ea quae nolebat generali sermone contineri: sunt
enim verba generalia, tanto periculosiora, quanto generaliora
, semper que imputari debet ei qui legem apertius non dixit, cum pos-
set l. veteri §. 39. sup. de pact. l. labeo. 21. sup. de contrah. empt.

l. quidquid

252 quidquid adstringendi. 99. §. de verb. oblig. ubi dicitur ob hanc causam faciendam esse contra eum interpretationem. Ergo qui peculij administrationem filio familias, vel servo liberam, et generalem concessit et rem peculiarem pro alio obligandi indulgeri videtur. In contractibus enim omnibus, etiam bonae fidei non minus quam in stipulationibus, sequimur semper id quod actum est, etiam si dictum non sit l. semper in stipulationibus. 34. de regul. Iur. Pleraque etenim tacite aguntur, quae non dicuntur l. penult. §. de evict. Imo etiam nonnulla interdum extra id quod actum est ut in l. 11 qui. 13 sup. commodat. At nil dari potest quod in libera, et generali peculij administratione non contineatur l. Procurator cui. 38. sup. de procurator. l. si liberam. id quod cum eo

Decid. verba generalia non alia ratione vim habent operandi generaliter, quam quia in genere species omnes continentur l. semper specialia. 147. de regul. Iur., sicut et partes in toto l. in toto. 113. eod. tit. Ergo nec aliud videri potest in libera et generali concessione administrationis contineri, quam quod concedens fuerit specialiter concessurus. At qui regulariter in speciali concessione peculij administrationis non solet concedi ut administrator rem peculiarem pro extraneo obligare possit. Non enim ut diximus peculium filio, vel servo conceditur, ut illud dissipet d. l. filius familias. 7. §. de donat. : recte igitur a Martiano nostro responsum est liberam et generalem peculij administrationem ad talem oppignorandi potestatem non se extendi, nisi specialiter in tali administrationis datione fuerit per dominum peculij concessa; tunc enim administrator non solum oppignorandi; verum etiam et donandi potestatem habebit l. filius familias. § Item videamus §. de donat., cum unusquisque rei suae sit moderator et arbiter l. In re mandata. id mandat., et volenti non fiat dolus, neque iniuria l. nemo. de regul. Iur. l. ut donationis. C. de transact. verba omnia quantumvis generalia civiliter sunt intelligenda, et ita, ut neque absurdi, neque iniqui quicquam sequatur l. si Procurator. 6. § Celsus ait. sup. de

Condict. Indeb.

Sup. de Condict. Indeb. l. creditor. 60. ff. Sup. mandat. Et quedam sunt quae in sermone etiam generali tacite etiam videri debent, ut Celsus eleganter scripsit in l. si cui simplicius. 9. Sup. de servitut. Idque per iustam interpretationem quam verba generalia facilius admittunt, quam verba specialia, quibus uti ideo melius est, ne quis dubitationi locus relinquatur l. iam hoc iure. 4. ad fin. l. de vulg. et pupill. Semper enim sumi debet interpretatio ex eo quod veri simile est, cum ut Bartolus solebat dicere, quidquid non est verisimile speciem habet falsitatis.

§. 2.

Eam rem quam quis emere non potest: quia commercium eius non est, iure pignoris accipere non potest: ut Divus Pius Claudio Saturnino rescripsit

Ad § Eam rem. 2.

Ratio Dub. Idquod primo, et principaliter in contractu Emptionis et venditionis attenditur, non est ut omnino dominium rei venditae in Emptorem transferatur, sed tantum ut venditor Emptori ex contractu obligetur: per consequentias autem ut Emptor traditione subsequta fiat dominus, si dominium rei venditae penes venditorem fuerit, si minus ut obligetur venditor de evictione ad restitutionem pretij, et quanti pyterea Emptoris intererit l. 1. Ex empto 11. §. 1. iunct. l. 1. in princip. Sup. de act. Empt. l. si traditio. 4. Eod. tit. l. si in venditione. 60. l. de evict. at qui ex Emptione, et venditione illarum rerum quae in commercio nostro non sunt huiusmodi obligatio oriri valet, ut ex se patet Ergo supra ipsis Emptionis, et venditionis contractus sublibari poterit et ita Pomponius in l. Et liberi 4. Sup. de contrah. Empt. et Iustin. in § ult. Inst. de Emp. et vendit. Decid. Utilitas commerciorum non solum Emptionis, et venditionis verumetiam et caeterorum contractuum causa fuit l. Ex hoc iure.

4. Sup.

Sup. de iustit. et iur. l. 1. Sup. de contrah. Empt. § Ius autem gentium. Inst. de iur. natur. gent. et civ. Ego res quæ in commercio nostro non sunt vendi utiliter non poterunt, cessante enim causa, et eius effectus cessare debet, et nihilo iactari videtur l. adjicitur. ff. § quamvis. de iure patron. l. Si Pater. ff. de hered. institut. l. generaliter C. de Episcop. et Cleric. Exemplo sit licet cuivis homini, qui cum in nullius bonis esse possit l. 1. § Si id quod dari. ff. de Obligat. et act. l. 1. l. Intentum. 6. § Sacer. Sup. de rer. divis. a scientia utiliter emi non potest l. Sed et Celsus. 6. Sup. de contrah. empt. Fateor quidem obligationem vendi nasci posse in eo casu quem admodum venit in venditione rei alienæ l. Rem alienam. 28. sup. de contrah. Empt. l. 1. sup. de rer. permutat, et ita venditorem ex empto teneri quanti emptoris interest cum decipiam non fuisse l. Si pecuniis. 21. § quamvis sup. de act. Empt. in qua etiam statuitur: venditionem etiam rei venditæ conditionem ignoranti Emptori ignoranti abhinc ex empto teneri, quia licet ambæ partes rei ignoraverint ignorantia tamen venditoris non fuit, quominus re ipsa Emptor deceptus videatur l. Item si procuratorem. 22. § ult. et ll. Segq. Sup. Locat. l. Si quis cum alium. 36. ff. de verb. Obligat. l. quotiens. 59. tit. cod. Ego tamen emptionem quo ad rem ipsam venditam valere, id est quantum ad hoc ut Obligatus venditor, si non ad dominium transferendum in Emptorem, saltem ad rem tradendam, si veniret in re aliena vendita d. l. Rem alienam. 28, ut recte notat Acurs in l. qui stipul. 62. § 1. sup. de contrah. Empt.

Servandum tamen reputo: actionem ex Empto Emptori ad rei venditæ denegandam esse, qui sciens, rem quæ in commercio nostro non est emit: tunc enim conqueri non potest venditorem id decepisse, cum se ipsum deceperit d. l. Celsus. 6. cum 2. ll. præcedent. Sup. de contrah. Empt. l. Libri. 70. civ. tit. l. nam si scit. 26. sup. de rei vindicat.

a. Jus pignoris Rami Dub. Quæro pignoris ab intentione dominij annis

omnino separata l. 1. § cum prædium sup. de pignor.; nil enim vetat rei dominium unius esse, et nilominus rem obligatam esse alteri ut in d. § diximus late. Ergo fuit rerum publicarum et cæterarum quæ in commercio nostro non sunt venditio nobis prohibita dicatur, quia regulariter per talem venditionem dominium rei venditæ non transfertur d. l. Ex empto. 11. § 1. sup. de act. Empt. ob id ipsarum met rerum oppignoratio nobis interdicta censeri non poterit. maxime cum expressa lege cautum habeamus, quod non ideo aliquius rei sit prohibita oppignoratio, quod ipsius met sit interdicta venditio l. In quorum finib. 24. sup. de pignor.

Decid. Pignus ut utiliter constitutum censeatur opus est creditorem probare debere rem sibi oppignoratam conventionis tempore in sui debitoris dominio fuisse l. 3. in princip. l. Et quæ nondum 12 § quod dicitur sup. de pignor. at qui si res sacræ, religiosæ, et cæteræ res, quæ in commercio nostro non sunt aliqui pignori datæ essent hoc creditore probare nequiret. Dictæ enim in nullis bonis esse censentur l. 1. l. In tantum 6. sup. de rer. divis. Ergo recte a Martiano nostro responsum est dictarum rerum oppignorationem nobis interdictam esse deberi. Toties enim nobis oppignoratio censetur prohibita, quoties ex parte rei est nobis venditio interdicta § quid Ergo l. h. t.; licet secus sit quoties ex parte personæ d. l. In quorum finib. 24.

§. 3

Quid Ergo si prædium litigiosum quis pignori acceperit, an exceptione summovendus sit? Et Octavenus putabat etiam in pignoribus locum habere exceptionem. Quod ait Scævola libro tertio variarum quæstionum, procedere, ut in rebus mobilibus exceptio locum habeat

Ad d. § Quid Ergo. 3.

Ratio Dub. si Prædo rem alienam pignori eius oppignoratio valere videtur, competit enim ipsi prædoni pignoraticia actio l. si pignore. 22. § si prædo. 2 sup. de pignorat. act., quam actionem, sive directam, sive contrariam nisi constituto, ac interveniente aliquo pignore competere non posse certum est, unde appellata est a Papiniano Judicium quod de pignore dato proponitur l. penult. sup. tit. eod. multo igitur magis rem litigiosam possidens cum pignori dare poterit: prædonis enim conditio melior quam simplicis malæ fidei possessor esse nequit, cum Prædo malæ fidei possessor improbior sit, quemadmodum raptorem furem improbiorem esse dicimus l. 2. § cæterum. ff. de vi bonor. raptor. l. Item si cum. 18. quod met. cau. at qui ex pignoris contractu Serviana adversus quoscunque possessores nascitur l. si fundus 16. § in vendicatione. cum l. seq. ff. de pign., quæ etiam per nullam exceptionem nisi solutionis, aut satisfactionis elidi potest ? l. si fundus. 16. § in vendicatione l. grege. 13. § etiam sup. eod. tit. l. si rem 9. § omnis pecunia. sup. de pignorat. act. Ergo quæ creditor qui rem litigiosam in pignus acceperat, si postea cum cui per Judicis sententiam res adiudicata fuit conveniat rei litigiosæ exceptione repelli non poterit.

Decid. Ea quæ Emptionem, et venditionem non recipiunt oppignorationem recipere non possunt l. sed et quod. 9. § 1. sup. de pignor. at qui litigiosæ res non solum iure novo, per Justiniani scilicet constitutio. in l. ult. C. de litigiosis venditionem non recipiunt, verum nec iure veteri recipiebant l. 1. et tot. tit. ff. de fund. dotal. l. quædam. 62. ff. de acquir. rer. domin. Ergo actio Serviana per creditorem ad rem litigiosam persequendam intentata; sive res mobilis illa sit, sive non (non enim minus litigiosa una quam alia videri potest) per litigiosi vitij exceptionem merito repellenda veniet. Et tanto odio Justin. Imperat. huiusmodi alienationes quæ lite pendente, sive actionum, sive rerum quæ possidebantur fiebant

prosequutus

prosequutus fuit, quod constituit: ut indistincte omnes, sive 257
a sciente, sive ab ignorante fierent in litigiosi vitium cade
rent, cum hac tamen distinctione, quod si quis scienter eam
receperit non solum ipsam rem restituere teneatur; verum
etiam et illius pretium non alienanti, sed potius fisco aplican
dum. Si vero ignoranter pretium recuperet, et tertiam rei par
tem. d. l. ult. C. de litigio. Et licet Predoni detur pignoratitia
ad pignus recuperandum; non ideo tamen inferitur tale pignus
validum extitisse. Ea enim actio cum sit personalis contractum
pignoris; sed non illius obligationem. qua ratione plauisit debi
tori pro re aliena a se pignori data talem actionem conceden
dam esse l. si rem. 9. § Is quoque. sup. de pignorat. act. que ta
men inconsulto domino obligari nequit d. l. si rem. 9. l. alie
na. 20. sup. eod. tit. Circa id quod querunt Interpretes an scili
cet Emptor conventus virtute pacti de retrovendendo (sive de va
liditate pacti agetur, sive non) possit rem emptam pignori dare
affirmativam partem tanquam veriorem sequendam
esse existimo; litigiosam enim rem facit, non quelibet incidens
de ea lis et questio; sed illa demum que sit de causa dominij vel pro
pietatis l. 1. C. de litig. uinct. aubh. litigiosa. C. eod. tit.: unde illud
est, quod vulgo iactari solet: litem, que super hypothecariam
tantum moveatur, non facere, ut res id circo litigiosa videri de
beat, que dicitur solum obligata. At ex pacto de retrovendendo
nemo umquam dixit transferri dominium ipso iure ab Emp
tore in venditorem, aut impediri translationem dominij ne fieri
possit a venditore primo in Emptorem, sed nascitur ex eo perso
nalis tantum actio, aut venditi, aut prescriptis verbis, cuius po
testate intendit venditor se ex nova venditione, nova que traditio
ne dominium rursus fieri oportere. Retrovenditio enim non
pretrem venditionem resolvit, sed novam inducit l. ab Emptio
ne. 58.

218 ab Emptione. 58. Sup. de pact. non ergo presentis, sed futuri dominij causam respicit sis eo nomine per venditorem instituta, proinde nec videri potest rem facere litigiosam. Fit quidem actio litigiosa obidque alienari vel pignori dari non potest l. 2. C. de litig.; sed aliud est rem fieri litigiosam, et aliud est actionem, sicut et aliud est esse actionem ipsam, aliud vero rem alienari non posse, cuius nomine actio exercetur. Actio enim ad venditorem pertinet qui ipse litigiosam eam fecit, lite instituta. Res vero ipsa pertinet ad Emptorem, et quidem pleno iure, cui non potest imputari, cur eam non obligaverit ante motam litem quandoquidem in eius potestate non est, ne quandoque institutam a venditore litem suscipere compellatur. Satisque illi est quod sciat fieri nullo casu posse, ut de propietate controversiam patiatur a suo venditore quem de evictione habet obligatum ex Regula l. vendicantem. 1. de evict.

l. 2. Gaius lib. singul. de formul. hypothec.

Si alius pro muliere, quae intercessit dederit hypothecam, aut pro filio familias, cui contra Senatusconsultum creditum est, an his succurritur, quaeritur. Et in eo quidem qui pro muliere obligavit rem suam, facilius dicetur succurri ei: sicut fideiussori huius mulieris eadem datur exceptio. Sed in eo qui pro filio familias rem suam obligavit, eadem dicenda erunt, quae tractantur et in fideiussore eius.

Ad. l. Si alius. 2.

Ratio Dub. Cum de alicuius legis, statuti, Senatusve consulti potestate, et interpretatione quaeritur verba Edicti Senatusve consulti maxime expectanda sunt, et ex his diiudicandae questiones l. Neratius. 11. de servo corrupt. et alibi passim atqui totus Senatusconsulti velleiani sermo non ad aliud expectat, quam ad petitionem non dandam adversus mulierem quae pro alio intercesserat ut apparet ex verbis ipsius me Senatusconsulti in l. 2. Sup. ad velleian. relatis.

Ergo dis

Ergo dispositio dicti Senatusconsulti ad eum qui pro muliere quæ pro alio intervenerat rem suam pignori dederit, extendenda non venit. Nec etiam duo specialia circa unam et eandem met rem concurre non possunt l. 1. ff. de donat. quod in isto casu eveniret. Concurreret etenim primo specialitas velleiani senatusconsulti, ob quam mulier quæ pro alio intercessit non obligatur l. 1. et d. l. 2. et tot. tit. sup. de senat. c. vell. cum aliàs de iure ille qui pro alio intervenit obligetur tot. tit. ff. de fideiussor. denique illa etiam specialitas ob quam velleiani exceptione adiuvaretur is qui pro dicta muliere rem suam pignori dederit. de iure enim non minus obligatur pignus pro aliena obligatione, quam pro propria l. Res hypothecæ 5. sup. de pignor.

Decid. Etiam senatus consulti favorabiliora, ut sunt omnia et magnis rationibus æquitatis subnixa recipiunt facile non modo interpretationem; sed etiam extentionem ad omnes casus similes, id est in quibus eadem vigeat ratio; ita ut dissimilitudinis ratio nulla reddi possit iuxta vulgarem regulam: ubi scilicet eadem est ratio, ibi idem ius esse statuendum vulg. l. Illud. 32. sup. ad leg. aquill. l. 3. § unde etiam ff. de iniust. rupt.: adeoque quod magis est; etiam si verba senatusconsulti taxative concepta sint l. 1. § hæc actio sup. si mens. fals. mod. dixer. atqui in nostro casu, non solum similis; sed etiam eadem velleiani viget ratio; ob idem enim illud fuit inductum, quod non sit ferendum, ut mulier alienam obligationem in se suscipiat ex qua periculum aliquod rei suæ familiaris posset incurrere d. l. 2. at in proposito tale periculum mulier sustinere et pati posset. Is enim qui pro ea rem suam in pignus dedit, siquidem muliere ignorante rem obligavit habet adversus eam negotiorum gestorum actionem;

si vero

; si vero mandante actionem mandati ad instar illius fideiussoris l. ex mandato 20. §. 1. sup. mandat. cum fideiussor et pignus eidem fere iuris regulis regulentur d. l. Res hypothecae 9. sup. de pignor. l. 1. §. de fideiussor. recte igitur a Gaio responsum Velleiani exceptione adiuvandum eum esse qui pro muliere quae pro alio intercesserat rem suam pignori dederit, ne scilicet per mediam illius personam mulier in fraudem Velleiani conveniretur ac damnum pateretur. In fraudem enim legis is fecit, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem l. non est dubium. 5. c. de legib. l. si quis ab eo. sup. tit. eod. l. cum lex. 86. §. de fideiuss. Et quod magis, etiam si nullam actionem adversus mulierem haberet is, quia scilicet donandi animo rem suam pro ea oppignorasset, nil ominus dicti SC. exceptio ei deneganda non esset ad instar scilicet mulieris fideiussoris, ut hic dicitur et in l. si mulier. 16. §. si ab eo sup. ad S. C. Vellei. responsum est Duo specialia circa unam, et eandem metrem principaliter, et per se concurrere nequeunt; bene vero quando unum in alterius consequentiam venit l. si quis pro emptore §. de usucap. ut inde Bart. nu. 71.

a. Sed in eo. Ratio Dub. non minus contra SC. Maced. peccat is qui pro filio familias pecuniam credidit, et ob eam causam rem per extraneum obligatam admisit, quam ille, qui ab alio rem obligatam pro muliere quae pro aliena obligatione intervenerat suscipit utraque enim obligatio ab utroque senatus C. est improbata d. l. 2. d. l. si mulier. 16. § si ab eo l. 1. l. sed si. 9. § non solum. 3. sup. ad S. C. Maced. at qui ille qui pro dicta muliere rem suam oppignoravit, sive donandi animo talem donationem fecerit, sive non Velleiani exceptione adiuvatur d. l. si mulier. 16. § si ab eo. sup. ad S. C. Vellei. Quidni ergo is quo filio familias mutuam pecuniam contra Maced. accipiente rem suam oppignoravit Macedoniani exceptionem non

habebit

non habebit licet donandi animo eam obligaverit. nonne
ubi est eadem ratio ibidem ius constitui debet. d. l. Illud. 32.
sup. ad leg. aquill. d. l. 3. § unde etiam. ff. de iniust. rupto.
Decid. quidquid verificatur de fideiussoria obligatione, et de pig
noratitia verificari solet. d. l. Res hypothecae. 5. sup. de pig
nor. iunct. d. l. 1. ff. de fideiussor. at qui fideiussori qui pro filio
familias mutuam pecuniam adversus macedon. accipiente
intervenit, ita demum succurritur si mandati actionem adver
sus mutuatarium habet; non vero si donandi dumtaxat inter
cessit. d. l. sed si. 9. § non solum. 3.: recte igitur a Gaio nostro res
pensum extit: obligantem rempropriam pro dicto filio familias
macedoniani exceptione adiuvandum esse, si mandato precedente
talem obligationem constituerit; secus vero si animo donandi
et ex mera sua liberalitate. nec velleiani similitudo in casu
isto admitti valet. odia enim sunt restringenda; favores
vero ampliandi. l. cum quidam. 19. ff. de liber. est posthum. at ma
cedonianum s. c. creditorum odio censetur introductum. d. l. 1. sup.
ad s. c. maced.; velleianum vero mulierum favore. l. qui excep
tionem. 40. sup. de condict. indeb. vel tandem ne tam facilius
patiatur iacturam creditor ille dicto filiifamilias, qui nisi spe
conveniendi fideiussorem qui donandi animo pro dicto filio fa
milias intervenit sine dubio non contraxisset. Quod periculum
aut melius damnum, in altero casu cessat; creditori enim ad
versus priorem debitorem vetus, et pristina obligatio restituenda
venit. l. quamvis. 8. § quoties. l. debitrix. 24. § 1. sup. ad velleian.

L. 3 Paulus Lib. 3. questionum

Aristo Naratio Prisco scripsit: etiam si ita contractum
sit, ut antecedens dimitteretur, non aliter in ius pignoris succe
det, nisi convenerit ut sibi eadem res esset obligata. neque enim
in ius primi succedere debet, qui ipse nil convenit de pignore
quo casu Emptoris causa melior efficietur. Denique, si anti

quior

antiquior creditor de pignore vendendo cum debitore pactum interposuit. Posterior autem creditor de distrahendo omisit, non per oblivionem, sed cum hoc ageretur, ne posset vendere: videamus an dici possit hucusque transire ad eum ius prioris, ut distrahere pignus huic liceat. Quod admittendum existimo. Sæpe enim quod quis ex sua persona non habet, hoc per extraneum petere potest.

Ad. l. Aristo. 3.

Ratio Dub. Eo ipso quod quis credidit debitori pecuniam ad liberandum a primeva obligatione in prioris creditoris locum succedere videtur l. 4. C. de his qu. in prior. credit. Lor. Suc. Id que non solum in pignoraticijs creditoribus procedit; verum etiam et in Chyrographarijs verificatur; statim enim ipso quod pecunia profecta est ab inferiore creditore ad privilegiatum in privilegiati locum inferior succedit l. si ventri. 24. § ult. l. de reb. authorit. Judic. possid. aliàs l. 9. § ult. de privileg. credit. Non igitur est necessaria secundo creditori conventio expressa de pignore obligando, ad hoc ut ei obstrictum censeatur sed dumtaxat sufficit ut debitori pecuniam credat eo conventio ut per eam priori solvatur.

Decid. Non solum Philosophorum; verum etiam et Jurisconsultorum axioma est: nullum actum ultra agentium intentionem operari posse l. non omnis numeratio. 19. cum l. seq. Sup. de reb. credit. At qui quando tertius ~~quilibet~~ ~~cred~~ debitori credidit, ut per eam primo creditori satisfiat, nil pactus fuit ut dictum pignus sibi pro suo creditori esset obstrictum esset; non quidem expresse; si enim ita esset difficultas cessaret, ut dicitur. nec quidem tacite ut hic dicitur et expresse Divi Severus, et Antoninus constituerunt in l. 1. C. de his qui in prior. Lor. Succed. ubi aiunt: non omnino succedunt in locum hij

pothecarij

hypothecarij creditoris hij quorum pecunia ad creditorem 263
transit. hoc enim tunc observatur, cum is qui pecuniam dat
postea dat, sub hoc pacto credat, et idem pignus ei obligetur,
et in locum eius succedat: recta igitur ratione Paulus Aris
ti sententiam sequendo hic respondit dictum pignus secundo
creditori obstrictum non censeri, nisi expresse de illo oppig
norando inter partes conventum extiterit. Nec quicquam
his obstat d. l. 4. c. de his qui in prior. credit. loc. succed. quo
niam ut recte hic notat accursius; aliud est, quod extraneus de
bitum offerat, ut hic presuponitur; et aliud est quod secundus
creditor debitum etiam offerat, prout in d. l. 4. In primo enim
casu opus est, quod expressum interveniat pactum de pignore
cum constitutio pignoris sit quid facti, et ceteræ conventiones
et factum in dubio non presumatur et vulg. iactari solet d. l. 1.
c. de his qui in prior. credit. loc. succ. l. si cum. c. de privileg.
fisc. In secundo autem casu sufficit, quod secundus creditori
priori debitum solvat, aut illud deponet, et illi consignet; tunc
enim in illius locum succedit nullo expresso pacto d. l. 4. l. Po
tior. 11. § fin. ff. qui potior. in pign. hab. l. 1. c. ed. tit. quoniam
non alia mente potest videri id facere, quam ut anterioris
creditoris vis sibi acquirat. In Chyrographarijs creditoribus
cum et posterioris pecunia prior privilegiatus dimissus est, fa
cilius est, ut hoc ipso non privilegiatus, in privilegiati locum
succedat d. l. si ventri. 24. § ult. ff. de reb. auth. Iud. poss. quia
facilius est, ut privilegium causæ acquiratur, quam privilegium
temporis, et ordo privilegij, quam pignoris. Et pro primo
casu est apud nos Sac. Senatus nostri Decissio facta die 7.
Februarij 1568. in causa Reverend. Guillelmi Petri Comes
Canonici Sedis Barchinon. contra Monserratum Palomeres Mer
catorem eiusdem Civitatis referente Magnifico Francisco Sala
a quo casu Ratio Dub. nullus actus ut dictum est potest operari

Ultra inten

vtra vitandi nem ad vitium d. l. nouandi numerando ig. cum l. fin. sup. de reb. credit. atqui vitio debitorem, et secundum creditorem non fuit pactum, et tertij pignoris Emptoris melior, quam dicti secundi debitoris causa efficeretur; imo licet ex parte creditoris tali stipulatio interposita esset nullum commodum tali Emptori ad hoc respiceret. Quia nemo enim stipulari nequit vlg. l. stipulatio. 38. § alterj. ff. de verb. oblig. § alter. Inst. de inutil. stipulat. et nullo modo dicti sic Emptoris causa melior fieri potest.

Deind. nouat nouum, quod nostra deductio per extraneos, quando nemini vitio necessitas ha exstipulat, et per consequens quantus, melius fiat l. cum autem. § 1. ff. de Edict. Edict. l. his enim. ff. de iust. l. 3 § plane. de Aquor. possess. contra bil. l. filius. ff. de Quis Liber. l. penult. § hi. ad leg. Falc. l. Ex pact. § 1. vi princip. hyp. de transact. atqui in proposito ex necessitate actus per debitorem, et primum, et secundum creditorem dicti Emptoris melior causa facienda venit, Integro enim debito soluto pignus subsistere nequit l. 1 rem. g. § omnis pecunia sup. de pignorat. act. cum simil. Ergo recte a Paulo respondetur pro partem solutionem dicti Emptoris meliorem eius causam putari, Quoniam Licet Emptor qui ante eum emit dominium pignoris acquisiuisset, tamen traditionem nec isto titulo prædicto factam dominium transferat l. Traditio. 20 l. nemquam nuda. 31. ff. de acquir. rer. dom. Dominium tamen illi datum cum pignore eius causa in Emptorem transit l. si conuenerit 18. § si fundus. sup. de pignorat. act. Inst. § penult. ff. Donat. l. si debitor. 12. Cod. de distract. pign. l. distractis. 11. et seq. Cod. de pignor

B. Denique. Actio Dub. nil tam naturale est, quam eo, quo intro uentes placuerint seruare l. 1. sup. de pact. Et Prætor omnia pacta dummodo non fuerint legibus bonoria seruaturum pollicetur l. Iuris gentium. 7. § aut Prætor. sup. eod. tit. atqui hic a Paulo pro supposito inter debitorem, et secundum creditorem conuentum fuisse de pignore non distrahendo, quod pactum a lege non improbatur l. si conuenerit. 4. sup. de pignorat. act. Ergo li

cet secundo

Licet secundus creditor in prioris locum succedat, qui contra
rium pactum fuerat dicendum est pignus distrahere non posse
; non enim ei permittendum est ut ad sui utilitatem contra fac-
tum suum veniat l. Post mortem. 29. sup. de adopt., et etiam
contra propriam suam affirmationem, quod dolo semper proximum
est l. si quis affirmaverit. 9. sup. de dolo l. Julianus. 13. §
quid tamen sup. de act. Empt.

Decid. Conventio in contractu apposita non valet, si contra naturam
celebrati contractus l. ubi ita donatur. 27. ff. de mortis caus. donat.
l. cum precario. 12. ff. de precar. atqui pactum de quo hic est con-
tra naturam celebrati contractus. Pactum enim de distrahendo
pignore in rem dicitur l. necessarias. 8. §. de vendendo. sup.
de pignorat. act. - quae realia pacta in singularem successorem
ipso iure transire certum est l. Et heredi. 21. in princip. § ult.
et hq. seq. l. Item duobus. 29. §. 1. l. Tale pactum. 40. in prin-
cip. sup. de pact. poterit igitur secundus creditor vi et virtute
pacti per primum creditorem interpositi et in eum tamquam
in singularem successorem ipso iure transmissi pignus distrahere.
Ex dictis patet quam maximopere deceptus Bartolus fuerit
dum existimat in personam dicti secundi creditoris duplicem
concurrere hypothecam, suam scilicet, et Primi Creditoris, nam
si presuponitur solutum esse integrum debitum primo creditori
necessario tatendum est suam hypothecam finitam esse debe-
ri. l. si rem. 9. § omnis pecunia. sup. de pignorat. act. l. grege
13. § etiam. sup. de pignor., distrahet quidem secundus creditor, sed
non vi hypothecae primi, cum iam ipso iure fuerit extincta
sed virtute pacti realis de distrahendo scilicet, quae de sua natura
ipso iure in singularem successorem transit d. l. Tale pactum
40. cum similib.

L. 4. Idem Libr. 5. Responsor.

Titius cum mutuam pecuniam accipere vellet, a Mevio, ca-
vit

cavit ei, et quasdam res hypothecæ nomine destinavit: deinde postquam quasdam ex his rebus vendidisset, accepit pecuniam. quæsitum, an et prius res venditæ creditori tenerentur. Respondit cum in potestate fuerit debitoris, post cautionem interpositam pecuniam non accipere, ex eo tempore pignoris obligationem contractum videri, quo pecunia numerata est: et ideo inspiciendum, quas res in bonis debitor numeratæ pecuniæ tempore habuerit

Ad. L. Titius. 4

Ratio Dub. Contractus omnes licet ab initio sint voluntatis, ex post facto sunt necessitatis L. Sicut. 9. C. de oblig. et act. § mandatum. 12. Inst. de mandat, imo quod potius est id quod per unum ex contrahentibus stat quominus fiat in perjudicium illius, qui illud fieri impedit pro facto haberi debet L. Jure civili. 161. de regul. Jur. L. hominem. 37. Sup. mandat. L. si ponte. 9. C. de usur: non poterit igitur debitor, qui spe futuræ numerationis, quasdam res suo creditori hypothecæ nomine obligare destinavit, pro suo arbitrio a contractu iam incepto recedere pecuniam non acceptando. Contractus sola unius ex contrahentibus voluntate non dissolvuntur, sed tum taxat mutuo consensu L. ab Emptionibus 58. Sup. de pact. Decid. sicut conditio existens facit, ut contractus ab initio pure sulebratus intelligatur, in tantum, ut non solum a die adimpletæ conditionis, verum et etiam a die initæ conventionis contractum vires accepisse videatur L. post litem. 12. § res quæ. Sup. famil. Ercis. L. Is cui via. 12 Sup. quemadmod. servit. amitt. L. si fundum. 103. § de condit. et demonstrat. L. fundo legato. § ad Leg. falcid. L. Potior. 11. §. 1. § qui potior. in pign. hab. Sic e contrario defficiens conditio facit, ut perinde haberi debeat, ac si contractus conditionalis nullus omnino præcessisset L. necessario. 8. Sup. de pericul. et commod. rei vendit. atqui debitor qui spe futuræ numerationis res suas ad hypothecandum suo creditori destinavit, sub conditione illas obligare

voluit

voluit videlicet si pecunia ei numerata sit, omnis enim obligatio spe futurae numerationis facta a numeratione totam vim, ac virtutem accepit l. si ita stipulatus. 126. § Chrysogonus. de verb. obligat. l. cum enim. 7 vinct. l. praeced. § 1. de novat. l. contra etiam. 6. cum l. praeced. sup. ad. S. C. maced. Ergo quamdiu verum est pecuniam promissam debitori solutam non fuisse, poterit ipse numerandam non acceptando a contractu recedere, et ita res destinatas ab hypotheca conditionali liberare. nec debitor ipse pecuniam accipere per creditorem compelli poterit; sicut enim credere, ita mutuam pecuniam accipere non est necesse l. quod si minor. 24. § restituitur. sup. de minorib.

a. Eo tempore. Ratio Dub. quoties res sub conditione obligatur quando quinque extiterit conditio retrotrahitur obligatio ad tempus initae conventionis l. si fundus. 16. § si nesciente. sup. de pignor. Existens enim conditio (ut dictum est) facit puram ab initio eam obligationem quae antea fuerat conditionalis. atqui a Paulo praesupponitur conditionem sub qua bona debitoris bona ad obligandum destinata extitisse. Ergo non solum illa bona quae tempore numerationis penes debitoris inveniuntur hypothecata erunt; verum etiam, et vendita: venditio enim pignoris semper cum sua causa transit l. si convenerit. § si fundus. sup. de pignorat. act. cum sinoil.

Decid. Discrimen magnum intercedit inter conditiones casuales, mixtas, et voluntarias quas potestativas appellamus, quod erarum implementum sit in potestate debitoris, et ex eius voluntate pendeant. nam in casualibus et mixtis id demum obtinet generaliter, et indistincte quod diximus, earum eventu, et implemento fieri ut pure factum videatur, quod non nisi sub conditione factum fuerat; adeo ut eorum qui medio

tempore

qui medio tempore cum eodem debitore pure contraxerunt, non id circo potior causa haberi possit l. qui balneum 9 l. potior 11. §. 1. f. qui potior in pign. hab. In potestativis vero contra servatur, ut in debitoris dumtaxat odium et incommodum pura existimetur conventio, quæ primum fuit conditionalis; non vero in ordinem illorum qui medio tempore contraxerunt d. l. qui balneum 9. l. 1. f. qui potior in pign. hab. At qui hic a Paulo præsupponitur: debitorem non sub conditione casuali aut mixta; sed potius potestativa (pendet enim ut diximus) ex eius arbitrio pecuniam numerandam accipere, vel non accipere d. l. quod si minor. 24. § restituitur. supp. de minor.) res suas obligare destinasse: recte igitur ab eodem met Responsum extitit; eas dumtaxat res obligatas censeri quæ ~~medio~~ tempore numerationis penes eum fuere, non autem medio tempore venditas

L. 5. Idem Lib. 5 Sententiarum

Creditor qui sciens filium familias a parente pignori acceperit relegatur

Ad L. Creditor. 5.

Ratio Dub. Quemadmodum servus est in potestate domini, ita filius familias dicitur in potestate esse patris: nomen enim potestatis, cum sit genus respectu dominicæ et Patriæ l. Potestatis 215. de verb. signif. de illis tamquam de suis speciebus prædicari debet l. 1. §. 1. iunct. l. Item. 3. sup. de his qu. su. su. vel. al. cu. iur. At qui servus ratione dominicæ potestatis utiliter potest dari in pignus, et impune accepi l. si pignore. 22 § Idem Papinianus. l. si servus. 25. sup. de pignorat. act. l. debitor. 32. sup. de pignor., Ergo et etiam filius familias recte a patre in pignus dari poterit et sine relegationis pœna a creditore accepi: ubi enim eadem est ratio ibi et idem ius esse debet l. Illud. 12 sup. ad leg. aquill. l. non possunt. 12. sup. de leg.

Decid.

Decid. Ea quae Emptionem et venditionem non recipiunt oppignorationem recipere nequeunt l. sed et quod 9. §. 1. sup. de pignor. at qui liberi a parentibus, nec venditionis titulo, nec quolibet alio, etiam data auipientis ignorantia in alium transferri ullo modo possunt l. 1. C. de parr. qu. fil. distrax. dummodo propter nimiam paupertatem, et egestatem victus venditi non fuerint quoniam hoc casu valet eorum venditio; cum hoc tamen adiecto gravamine, quod Emptor illos restituere teneatur, toties, et quoties illorum pretia soluta, vel alia mancipia eiusdem bonitatis et valoris ei oblata fuerint l. 2. C. eod. tit. recte igitur a Paulo responsum est nullius momenti esse talem pignoris constitutionem Relegandum quae etiam venire creditorem qui tale fascinus perpetraverit. Et hodie Novellar. scilicet iure non solum relegatione creditor punitur, verum etiam et debiti, et alterius rei eiusdem bonitatis et valoris amissione castigatur. Novell. 134. cap. quia vero. 3. Servus licet in multis cum filio familias conveniat ab eo tamen in multis etiam differt maxime respecta potestatis filius enim residet in patria, quae est quaedam pietatis species servus vero in dominica, quae est effectu quasi tirannica si non aliqua lege coerceretur d. l. 1. et. 2. sup. de his qui. su. su. vel. alien. iur. Sicque patria non patitur tam quam dulcior ~~et~~ benignior l. liberorum. 220. in fin. J. de verb. sig. nis ~~non patitur~~ filij obligationem ex causa pignoris d. l. 1. C. de parent. qui filios distr. bene vero dominica uti durior

Qui Potiores in Pignore habeantur: Et de his qui in priorum creditorum locum succedunt tit. 4. 3.

L. 1. Papinianus lib. 8. questionum

Qui dotem pro muliere promisit, pignus, sive hypothecam de restituenda sibi dote accepit: subsequta deinde pro parte numeratione, maritus eandem rem pignori alij dedit: mox residuæ quantitatis numeratio impleta est. quærebatur de pignore. Cum ex causa promissionis ad universæ quantitatis exsolutionem, qui dotem promisit, compellitur: non utique solutionum observanda sunt tempora. nec probe dici, in potestate eius esse: ne pecuniam residuam redderet, ut minus dotata mulier esse videatur.

Ad. L. qui dotem. 1.

Quia vero una et eadem res pluribus obligari valet, quis in serviana exercenda potior esse debeat merito in præsenti titulo quæritur: et sane Gaius in L. Potior. 11. h. t. generalem regulam constituit: quod scilicet inter hypothecarios creditores ille, qui tempore fuerit prior cæteros vincere debeat. Ob quod autem hoc sit constitutum et an indistincte observetur ex sequentibus manifestum fiet. Ratio Dub. Extraneus qui pro muliere dotem promisit, et eam sibi reddi soluto matrimonio fuit stipulatus; vel pactus dotem sibi restitui in casu divortij, vel in casu mortis, aut generaliter. Si in casu mortis dotem reddi fuit stipulatus in eo dumtaxat casu competit ei de dote actio, et in non in casu divortij, et econtra L. sicut dotem. 22. in princip. ff. de solut. matrim. Inclusio enim (ut vulgo dici solet) est exclusio alterius L. cum prætor. 12. sup. de iudic. L. ex eo 18. ff. de testib. Et extensio quælibet est odiosa præsertim in stipulationibus L. quidquid adstringendæ. 99. de verb. oblig. Sin autem generaliter in nullo casu ei de dote actio competere potest: Imputandum

Imputandum enim ei aer non dixit legem apertius l. veteri
bus. 39. sup. de pact. l. Labeo. 21. sup. de contrah. Empt.; et pro
inde contra eum facienda est interpretatio l. si ita stipulatus
126 § Chrysogonus. de verb. oblig. (licet in ultimis voluntatibus
contrarium observetur l. gallus. 29. § Et quid si tantum ff. de liber.
et Posthum.; cum defunctorum voluntates plenius interpretemur
l. in testamentis. 12. ff. de regul. Iur.) Ergo vix extraneo de dote actio
competere potest; et consequenter pro dote restituenda obligati ven
dicatio: Pignus etenim cum semper accessorij vires obtineat na
turam sui principalis sequi adstringitur l. Res hypothecae. 5. de pignor.
Decid. Persona quae dotem dat mulieris nomine potest quam vult
legem initio dotis dandae dicere, etiam citra personam mulieris
l. cum dos. 7. ff. de pact. dotal.: nec tantum Pater, aut Mater, sed eti
am extraneus quilibet, quoniam rei sus legem dicit l. obres. 29
§. 1. tit. eod. l. quoties. 29. in princip. ff. de solut. matrim. atqui
ponimus dotem per Extraneum mulieris nomine datum fuisse:
Eumque generaliter soluto quandocunque matrimonio dotem si
bi reddi stipulatum esse Ergo ei semper de dote actio competere
debet, et per consequentias dicti pignoris persecutio; verba enim
generalia sunt interpretanda ne supervacua videantur l. si quan
do. 109. ff. de leg. 1. l. 1. § 1. sup. quod quisque iuris. l. penult. § docere
sup. ne qu. eu. qui in ius vocat. l. debitor. 59. vers. videamus ff. ad sc.
Trebell. Et specialia verba sub generalibus continentur l. omnes
ff. de praescript. 30. ann. l. semper. de regul. Iur. l. 1. § quod autem.
de aleator. Fateor Libenter stipulationem in casu dumtaxat mor
tis interpositam actionem stipulanti in casu diversi parere
non posse, cum provisio facta in unum casum ad alium praeser
tim omnino diversum ac contrarium porrigi non debeat l. com
modissime. 10. ff. de liber. et Posthum. nego tamen nos in casu d. l.
si cum dotem. 22. versari; nulla enim sunt verba interposi

ta

272 posita ex quibus colligi valeat Promissorem dotis in unum dumtaxat casum, divortij scilicet, vel mortis, restitutionem dotis sibi stipulatum extitisse; sicut in d. l. sicum dotem. 22. expresse ab Ulpian. proponitur. Circa autem questionem istam; cui scilicet competat de dote actio, quoties per aliquem nomine mulieris dos fuerit promissa observandum restat, quod si is qui dotem numerarit mulieri, aut eius iussu sponso futuro, animum habuerit donandi mulieri, actio de dote mulieri dumtaxat competit; non tamen enim a quos dos data sit inspiciendum est, quam cuius gratia, et in donationibus omnibus l. hoc iure. 19. § si quis dederit. ff. de donat. l. si sponsus. 5. et pass. ff. de donat. inter vir. et uxor.; in dubio tamen non presumitur in constituente animus donandi. vulg. l. cum de indebito. 29. ff. de probat., quia donare perdere est. Quamquam fatendum est in dote adventitia, qualis illa est quecunque datur ab extraneo, ita ius olim fuisse, ut donandi animus in dante presumeretur, ideoque nec soluto matrimonio repetitionem eius habebat, nisi eam sibi reddi expresse stipulatus esset: que dos receptitia dicebatur, ut Ulpian. in fragm. refert. tit. de dot.: at non mulieri ipsi, sed marito donata credebatur, iusque lucro cedebat, quod a Justin. immutatum est l. unica. § accedit. C. de rei uxor. act.; ut stipulatio ex parte mulieris, non ex parte viri facta fuisse censeretur, si non eam sibi specialiter extraneus per stipulationem receperit: ob eamque causam fingitur in preti spe a Papiniano: Extraneum dotis Promissorem soluto quandocunque matrimonio dotem sibi reddi stipulatum esse, ne sic sicut hunc mariti huiusmodi dos cedere posset, proinde cederet, si pactio nulla intervenisset

a Maritus. Ratio Dub. Is quirem uni obligatam secundo creditori postea obligat, si quidem scienter hoc fecerit in stellionatus crimen incidit; si autem ignorantur contrario pignoratio iudicio tenetur l. Tutor. 16. § contrariam. sup. de pignorat. act. l. ult. de crim. stellionatus atqui maritus

maritus quirem dotis promissori obligatum extraneo pro alio
debito obligat scienter talem secundam obligationem facit, non
autem ignoranter. quia enim maritus fronte sui facti ignoran
tiam potest ostendere l. quamquam. 7. sup. ad S. C. Vellei, cum in
facto propio ignorantia non presumatur. l. verius. 21. ff. de probat.
. Superfluus igitur est quaerere, quis potior in dicta re oppignorata
censeatur; an scilicet extraneus dotis promissor, an vero secundus
creditor, cum secunda hypotheca inutiliter constituta videatur: quod
enim lege permittente fit penam non meretur vulg. l. Gracchus
C. ad Leg. Iul. de adulter.

Decid. Tametsi pignus duobus, diversis tamen temporibus obligatum
per posteriorem creditorem a priore nisi debito soluto auferri non
valeat; non tamen nullum est pignus, quod secundo loco datum
est; sed hoc procedit, quia infimum est, nec aliter prodesse secun
do creditori potest, quam si per obligationem illam priori faciendam
confirmetur l. qui balneum. 9. §. ult. h. t. l. Prior. 5. C. eod. tit., in
tantum ut exaudiri debeat (in pignore Judiciali dum taxat) secun
dus creditor, si ante obligationem factam pignoris distractionem ur
geat et petat l. a Divo Pio. 15. § quod si res sit pignorata ff. de re Jude
cat. . non est igitur absurdum in praesenti quaerere, quis existisse
ditoribus in tali pignore potior sit, cum utraque pignoris consti
tutio valida a iure reputetur. Nec ob id quod debitor in stellio
natus crimen inciderit nullum secundum pignus reddi potest
. Solummodo enim de stellionatu tenetur, quia secundum cre
ditorem dolose decepit; obligando scilicet ei rem alij prius obli
gatam, quam liceat revera obstrictam habeat distrahendi
tamen illam nisi priore creditore satisfacto facultatem non ha
bet l. diversis. 9. C. h. t. in quo mera pignoris utilitas concis
tere videtur l. 4. sup. de pignorat. act. . Quocirca ut periculum
in crimen stellionatus incidendi effugere valeant isti debitores

qui una

274 Unam et eandem metrem diversis temporibus pluribus obligant
Concilium prestat Gaius in l. Et quae nondum .19. § qui res. sup.
de pignor. (quam cautelam in pnti interiectam fuisse ob terminorum
habilitatem etiam supponi potest) quod si ab istis creditoribus obser
vatur in tale crimen non incidunt, sicut nec dicti criminis ac
tione molestari poterunt, si ante institutam criminis persecutio
nem creditori satisfecerint l. 1. C. de crim. stellion.

B Non utique Ratio Dub. quoties pignus sub conditione volunta
ria obligatur, conditione adimpleta, non a tempore initae obligatio
nis, sed solum a die completae conditionis obrictum intelligitur l.
Titius. 4. sup. tit. prox. Vidiximus hoc esse discrimen inter con
ditiones scilicet, casuales, mixtas, et voluntarias intercedens at
qui maritus qui rem suam pro integra dote restituenda obligavit
pro illa parte quae ei solvenda remanet sub voluntaria conditio
ne eam obligasse intelligitur, ut puta: si residua dotis pars
ei soluta fuerit; tales enim obligationes spe futurae numeratio
nis factae, a numeratione totam vim ac virtutem accipere dicun
tur l. si ita stipulatus 126. § Chrysogonus l. de verb. oblig., quae
quidem conditio voluntaria existimatur Pendet enim ex ipsius
arbitrio partem illam accipere, vel non accipere, et sic conditio
nem conditionem adimplere, vel facere defficere, cum dos sit
legis beneficium marito pro oneribus matrimonij sustinendis
concessum l. pro oneribus. 20. C. de iur. dot. l. si is qui stichum. 56.
§. 1. l. ill. tit. et beneficium invito non conferatur l. Invito 69.
de regul. iur. Ergo si maritus medio tempore dictam rem alteri
obligaverit, in re obligata pro ea dotis parte quae postea nume
rata erit dotis promissoris causa potior esse non poterit; sed po
tius illius Tertij qui dicto medio tempore contraxit

Decid Conservandae dotis causa multa contra communes iuris re
gulas introducta sunt l. assiduis. C. h. t.; Interest enim reipu

publicae

Reipublicæ dotem mulieri conservari ne indotata maneat 779
l. 4. solut. matrim. l. Interest 18. §. de reb. auth. Jud. possid. l.
2. §. de iur. dot. at qui si maritus in proposito contra regulam
l. Invito residuam partem dotis accipere non compellentur quan
tum ad illam partem mulier indotata remaneret; nullam enim
ad eam post partem persequendam haberet actionem; non
quidem adversus maritum; actio enim de dote adversus maritum
hæredemve eius de dote ei dumtaxat soluta competit d. l. si cum
dotem. 22. § transgrediamur. 12. §. solut. matrim. denique neque
contra extraneum qui pro ea dotem constituit, et solvere pro
misit; in dubio enim stipulatio de dote adventitia solvenda
a marito, non autem a muliere pandectarum iure interposita
præsumitur ut supra dictum extitit at certum est stipulationis
actionem stipulanti dumtaxat; non autem extraneæ personæ con
cedendam esse vulg. l. stipulatio ista. 39. § alteri. §. de verb. oblig.
Non insubtiliter igitur a Papiniano nostro responsum extitit
dotis favore conditionem voluntariam effici mixtam, et conse
quenter extranei qui dotem pro muliere promiserat, et solvere
conventionem inceperat etiam pro ea dotis parte quæ post secundi creditoris solu
ta extitit in pignore potiorem causam esse deberi. Conditiones
enim casuales, sive mixte ad tempus contractus, etiam in tertij
periudicium retrothrahuntur l. Post litem. 12. § res quæ sup. fa
mil. Erciscund. l. Is cui via. 11. § 1. sup. quemadm. servit. amitt.
l. si fundum. 105. §. de condicit. et demonstrat. l. fundo legato. 4.
§. ad leg. falcid. d. l. Potior. 11. § 1. h. t.

§. 1.

Alia causa est eius qui pignus recepit ad eam summam
quam infra diem certum numerasset: ac forte priusquam nu
meraret, alij res pignori data esset

A. § Alia causa. 1.

276 Ratio Dub. et Decid. eadem fere sunt, quam illæ quæ a nobis adducte fuerunt in L. Titius 4. sup. tit. proxim. Dub. quoniam conditio quæ semel extitit retrotrahitur in Tertij periudicium ad tempus initæ conventionis L. potior. 11. §. 1. h. T. Et consequenter videbatur dicendum primi creditoris conditionem potiorem quam secundi esse deberi si debitor statuta die pecuniam a primo creditore iuxta eorum plascita acceptasset. Sed Decid. quod conditio casualis et mixta dumtaxat retrahatur in Tertij periudicium; non autem potestativa de qua hic agitur (nisi in debitoris periudicium ~~d~~ L. qui balneum 9. h. T.) sicque secundus creditor potior esse debet ex generali regula d. L. Potior. 11. ~~§. 1.~~ h. T. L. Prior. 5. C. eod.

L. 2. Idem Lib. 8. Responsorum

Qui generaliter bona debitoris pignori accepit, eo potior est, cui postea ex his bonis prædium pignori datur: quamvis ex cæteris pecuniarum summam redigere possit. Quod si ea conventio prioris fuerit; ut ita demum cætera bona pignori haberentur, si pecunia de his, quæ generaliter accepit servari non potuisset: difficiente secunda conventione, secundus creditor in pignore postea dato non tam potior, quam solus invenietur

Ad. L. Qui generaliter. 2.

Ratio Dub. In cuius libet debitoris residet potestate posteriores creditores sibi constituendo anteriorum conditionem deteriorem facere L. 1. §. 1. ff. de separat. atqui hic a Papiniano præsuponitur qui postquam primo creditori generaliter omnia bona sua obligaverat, aliam postea obligationem contraxisse, et ad secundi creditoris securitatem unum ex prædijs primo generaliter obligatis specialiter ei hypotecasse. Ergo in illo prædio non prioris, sed potius posterioris creditoris causa potior esse debet maxime cum hoc ipsum ab Impp. Severo et Antonino sancitum sit in L. 2. C. de pignor.

Decid. Inter pignoraticios creditores privilegium prælationis ex tempore æstimatur L. Potior. 11. h. T. (L. Interdum. 5. ~~cum~~ et L. seq. cod. casibus exceptis)

excepti) uenge l. si tendum. 4. et l. Prior. 3. et pass. C. h. t.
neuis quod sibi facto que suo quesiuerunt his alieno facto arri
piatur contra l. granius. 11. § penult. ff. de fideiuss. l. ult. sup. de
pact. atqui in h. l. de pignora titijs creditoribus agitur; utrumque
enim pignus accepisse a Papiniano proponitur igitur in pre
dio generaliter (idest simul cum reliquis bonis) primo creditori Mi
gato, et specialiter et nominatim secundo potior prioris, quam
posterioris causa esse debet generalitas enim Migationis in
suas resolvitur singularitates l. falsa. 33. § ult. ff. de condic. et
demonstrat. neque his allegatis ll. refragantur in primis non d. l.
1. § 1. ff. de separat.; Id enim quod in ea responsum est ad Chyro
grapharios tantum creditores pertinet, qui pignus non habent,
nec aliam, quam personalem actionem, inter quos privilegia
non ex tempore, sed ex causa estimantur l. Privilegia 12. ff. de
rebus authorit. Judic. possidend. alias l. 18. que in fraude. credit.
Nec tandem d. l. 2. C. de pignor., quoniam ut recte notat Accurs.
Impp. in d. l. 2. de eo loquuntur qui postquam generaliter omnia
sui debitoris bona in pignus acceperat, quasdam ex illis sibi spe
cialiter Migari fuit stipulatus, quod manifeste patet ex illis ver
bis infra positis ibi: que nominatim ei pignori Migata sunt
; Quapropter non est mirandum quod in illo casu si ex bonis que ge
neraliter primo dumtaxat fuerunt Migata predium aliquod
specialiter secundo creditori Migetur in tali predio secundi cre
ditoris prestantior causa esse debeat quam primi cuius generalis hy
potheca iam fuit perempta novam enim constituendo hypo
thecam a prima recessisse videtur, ut hic Papinianus attestatur
, cum talis sit pignoris natura l. si rem. 9. § omnis pecunia. sup.
de pignorat. act. l. solvitur § si convenerit. 2. l. si cum colono. 18. ff.
quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Papinianus vero in pnti de
eo creditore tractatur, qui sola generali omnium bonorum debi
toris hypo

hypotheca fuit satisfactus, et vltra est ex p. Speciei vtili; et ita cum nil fuerit de quo Ticius vocat eum a dicta generali hypotheca recedere voluisse l. si generaliter. 6. cd h. t. quale ius in omnibus in individuo debitoris bonis habet; quoniam vt dictum est generali Obligato in suos restituitur singularitatis l. 9 ree. 13. sup. pignor. Sicque in tali prædio Licet Specialiter Secundo Obligato, vt prioris in empt. cuius conditio potior esse debet d. l. Potior. 11 d. Prior 5. cd h. t. cum simil. Ex prædictis sequit quam maxime secundum sit a Jacobo Cuiac. qui Lib. 11 Observat. cap. 32. putat in hac nostra l. legendum esse: non qui generaliter, sed: qui Specialiter tanquam ab habente sine causa Spiritum emendatorium; maxime cum proponatur eadem fere Species et resolutio ab Imper. Adriano in d. l. generaliter. 6. cd h. t. in qua (si generaliter) non autem si Specialiter) legitur

a quamvis excepit. Ratio Dub. Pignus ad aliud Introductum non censetur, quam vt cautum sit debitori peccuniæ debitæ nomine ad cam conseqvendam in alio etiam debitore, sicesset ille in solutione l. si mandatu. 59. § vltim. sup. mandat. l. 4. § addit. ff. de fidei com. Libertat. atqui a Papiniano præsupponitur. Datum prædium illo Secundo creditori Specialiter oppignorato ex extraneis bonis generaliter obligatis primum creditorem salvam suam peccuniam habere posse Ergo et illi pignus quantum ad illud prædium Specialiter obligatum extinctum esse debet; cessante enim causa, cuius effectus cessare debet l. adjicere. 16. § quamvis. ff. de rei vendicat. l. Si Patr. ff. de hered. Instituend. l. generaliter cd. de Episcop. et clerici.

Decid. Cum pignoris causa indivisa sit l. Rem hypothecariam. 5. ff. de evict. competit creditori actio in solidum adversus rei Obligati, etiam si major pars quantitatis debitæ soluta fuerit l. quamdiu. 6. et pass. cd. de distract. pign. l. 1. et 2. cd. vendit. pign. imped. non pass. prædecessores Papiniano responsum extinxit dictum prædium Secundo creditori Specialiter Obligatum, primo remanere obstrictum, licet ex reliquis bonis oppignorati suum creditum consequi valeat; qui pignoris omnimodo res retinet non cogitur vnam liberare, nisi accepto universo quantum debetur, et

ferat vt loquitur Vlpianus in l. qui pignori. 19 sup. de pignor.

B quod sica contra valde mihi Interpreti difficultatis quidnam
eorum verborum genuinus sensus sit laudat Cuiac. vbi supra
existimat Papinianum in priori versicul. loquutum fuisse de illo re
uore, qui postquam ei certa bona pro suo credito pure obligata
fuerunt minium debitoris bonorum hypothecam sub condicione
illa: si ex bonis sui sicet eam ei pure obligati debitum pecuniam
consequi non posset, stipulatus fuit, et pro hac sustinendo errore in
versicul: si pecunia de his quæ generaliter ante pig. non (omnibus
tur) sed specialiter legendum esse existimat. Sed meritò a sub
tilissimo vrio Anton. Fabro lib. 6. conjecturarum cap. 13. refutatur
Ita enim (vt dicit subtilissimus vir inquit) manifestum, et ex diame
tro contrarietatem, absque vlla conjecturæ spe interpretationis
nostram l. cod l. 2. cod de pignor. vt supra inquit sequeretur. quæ propo
ter priori legis huius genuinum, ac verum sensum esse ipse fa
cer existimat; quod valde sui sicet animadvertendum sit, verum hy
potheca generaliter pure constituta fuerit; an vero sub condicione
ista: vt ita demum certa bona (vt inquit) pignori essent, si pecunia
de his quæ generaliter ante pignor. non posset servari non posset, quia in primo
casu vt supra secundo creditori oppignorato, potior primi, quam
secundi creditoris causa erit, cum obligatio generalis vt suas retinuerit
singularitatis? l. falsa. 32. §2. contrarium autem evenire vi se
cundo, cum hypothecam fuerit fundum posteriori creditori obligatum
ex illis bonis esse, quæ non tenuisse sub condicione (quæ defecit) ante
riori fuerunt hypothecata. Sed male etiam. quia relicto quidsi
ne causa (vt vtra nobilissimus) nostram legem emendat contra l.
si quando cod de inoff. testam l. 1. cod de Inst. dot. et similes affirman
do (nostra bona) legendum esse (certa bona) vt hic dicitur contra
riecas reperiatur. Quomodo enim si supponitur omnia debitoris
bona primo creditori pure oppignorata fuisse, postea possessi possit
(vt certa bona (vt ait ea dicamus), non nisi sub condicione, si eo pro
pestia, obligata ~~fuisse~~ bona? nonne sub generali illa obligatione

illa

illa obligatione bonorum, quæ præcessit ista certa bona continebantur. Et certe etiam; Partes enim sub toto continentur l. 1. § stipulanti ff. de verb. oblig. l. si alij. de usufruct. legat. l. in eo quod plus. 111. l. in toto. 114. ff. de regul. iur. et obligatio generalis in suas resolvitur species d. l. grege. 13. sup. de pignor.; in tantum, ut ad futura bona etiam non adiecta clausula illa: tam præsentia quam futura per Justinia. constitut. extend. l. ult. in fin. C. quæ res pignor.; non poterunt igitur si omnia debitoris bona pure obligata fuerunt illa (certa bona) non nisi sub condicione obligata esse; quidenim verificatur de toto, de eius etiam partibus verificatur l. quæ de tota. 76. sup. de rei vendicat. l. Item veniunt. 20 § ait Senatus l. Ei qui partes. 34 in princip. de hæredit. petit.; dicendum itaque est illa (certa bona) pure etiam obligata esse, vel partes a primæva conventione recessisse quod a Fabro negatur. quocirca cum nostro accurs. affirmare non est verendum: Papinianum in pnti versicul. novam fingere stetiem, et de illo creditori loqui, qui postquam ei certa bona pro suo credito fuerunt hypothecata, generalem reliquorum bonorum obligationem fuit stipulatus hoc adiecto pacto; ut ita demum primæva illa specialis ac particularis obligatio locum haberet, si ex dicta generali suum debitum consequi non valeret, quod manifeste probatur ex illis verbis tex. ibi: ut ita demum cætera bona: supponit igitur Papinianus aliqua fuisse bona, quæ sub dicta generali hypotheca comprehensa non fuerunt: dictio enim (cætera) repetitiva similium dicitur l. non solum. 39. sup. de procurat. l. quæ dotis. ff. solut. matrim. ut non possunt ea quæ exceptuta obligatione illa generali constituta fuerunt (ut supra probavimus). Fatendendum itaque necessario venit, Papinianum per verba ista (cætera bona) illa bona intellexisse quæ antea illam generalem hypothecam constituta pure obligata fuerunt, et postea sub condicione. Sic quæ pntis versicul. hunc adequatum sensum esse existimo: hypotheca certorum bonorum quæ ab initio per primum creditorem fuit pure constituta, in condicionalem per ipsummet postea mutata, si ex illis certis bonis fundus

pure

pure secundo fuerit obstrictus, et primi condicio non extiterit in dicto fundo non dumtaxat potior secundi creditoris causa erit verum etiam, et ille solus creditor in eo fundo invenietur: condicio enim quae non extitit, actum numquam scelleratum fuisse fingit L. necessario. 8. sup. de pericul. et commod. rei vendit. cum simil. Nec valet si cum fabro replices, dictionem caetera ad bona a dicta generali hypothecata exceptata et reservata referri (tali interpretatione admissa) non posse, cum sit repetitiva similium quoniam obligatio condicionalis, quamdiu condicio pendet vere obligatio dicitur L. Iscui. 42. §. de oblig. et act. licet condicione deficiente numquam contractam fuisse videatur L. Pecuniam. 36. sup. de reb. credit. L. unic. §. sin autem. C. de caduc. tell. L. stipulationum. 22. in fin. de iure dotiu.

L. 3. Idem Lib. 11. Responsor.

Creditor acceptis pignoribus, qui secunda conventione secundus creditor accepit, novatione postea facta, pignora prioribus addidit. Superioris temporis ordinem manere primo creditori placuit, tamquam in suum locum succedenti

Ad L. Creditor. 3.

Ratio dub. Per novationem omnis tollitur obligatio; novatio siquidem nil aliud est, quam prioris obligationis peremptio et insequentem transfusio L. 1. §. de novat. et non solum principalis verum etiam et pignoratitia, et iura currere desinunt, cum solutionis vicem novatio obtineat L. 1. C. de iur. rei iudicat. § Praeterea. Inst. quib. mod. tell. obligat. atqui hic a Papiniano praesupponitur per primum creditorem (post tamen factam de pignoratione de eadem met re secundo) stipulationem novandi animo interpositam fuisse Ergo prior obligatio, et potioritas illa quae eius occasione primo creditori competebat extincta esse debet. Nec etiam virtute pacti de prima hypotheca pro secunda obligatione conservanda talis potioritas sustineri valet, adversatur enim dicta

pactio

282 dicta pactio d. l. novatione. 18. et sic nullius momenti esse dicitur vulg. l. Jurisgentium. 1. § ait Pretor. sup. de pact. l. Pacta quae contra 6. tit. eod.

Decid. Servanda sunt pacta, quae non sunt contra leges, neque contra bonos mores l. 1. sup. de pact. l. 1. sup. de constitut. pecun., etiam si sint praeter leges; aliud enim est quid fieri praeter leges, et aliud contra leges l. nec non. 28. § quod ad eius. sup. ex quib. caus. major. l. cum sponsus 12. § si res sup. de public. in rem act. Et quamvis secundum leges sit et novatione, non solum Principalis; verum et etiam et accessoria perimatur obligatio; non tamen conventio de sustinenda obligatione accessoria, non obstante novatione principalis contra leges dici potest, sed praeter leges; ad instar scilicet pacti de pignore non distrahendo convento de quo in l. 4. sup. de pignorat. act. Ergo si convenerit, ut primae obligationis accessoria sustineatur pro secunda etiam servanda erit conventio. Quidni cum cui libet iuri suo renunciare liceat l. penult. id. de pact., et iuribus suis renuntianti nullus dandus sit ad ea regressus l. quaeritur. 13. § si venditor. 1. de evict. non est itaque in nostro casu permittendum ut secundi creditoris causa potior sit quam primi cum per illud pactum non fuerit novum ius in primi favorem inductum, sed solum vetus conservatum

§. 1.

Cum ex causa mandati Praedium Titio, cui negotium fuerat gestum deberetur: prius, quam ei possessio traderetur, id pignori dedit: post traditam possessionem idem praedium alij de novo pignori dedit. Prioris causam esse potiorem apparuit, si non creditor secundus pretium ei, qui negotium gesserat, solvisset, verum in ea quantitate, quam solvisset, eiusque usuris, potiorem fore constaret, nisi forte prior ei pecuniam offerat. quod si debitor aliunde pecuniam solvisset, priorem praeferendam

Ad. § Cum ex causa 1.

Ratio Dub. vel Praedium Emptum Titio per alios negotiorum gestorum fuit emptum de mandato Titij, vel de mandato cuius libet extranei at qui neutro casu Praedium Titio mandati actione deberi potest, non quidem in primo; cum enim in eo casu utiliter Titij negotium per suum negotiorum

negotiorum gestorem actum dt non mandati, sed negotiorum
gestorum actio oriunda venit l. 1. et vlt. pt. sup. de neg. gest.
act. l. ex mandato. 20. §. 1. sup mandat, quoniam actiones sicut
in rē non dicit sine causa multiplicandi, ita ex earum multi
plicatione non nisi litium, et dispendiarum multiplicatio oriatur
Denique neque iuri secundo, mandati enim actio ad aliud compete
re non potest, quam ad id quod mandatum interest l. si procura
torem. 8. §. mandati actio sup. mandat. male igitur a Papiniano
hoc attestatum, prędium per vim negotiorum gestorem em
ptum vitio mandati actione deberi
Decid. Inter alios modos mandatum contrahendi sunt duo, man
dantis scilicet gratia, vel aliena. Primo modo contrahitur, si man
dans hominem gestori negotiorum mandet, ut pro eo mendum emat
vel pro eo fideiubeat l. mandatum. 2. §. mea. 1. sup. mandat. Sili
cet quoque mandati mandatarius, non quia gesserit, sed quia adge
rendum mandatum susceperit l. si remunerandi. 6. §. 1. pt. cod. 2o
modo mandatum celebrandi, videlicet, si mandans mandata
rio mandet, ut vitij negotia gerat, vel pro eo fideiubeat sum
modo vitij mandatum processerit, aliter enim mandans actione
negotiorum gestorum teneretur l. si quis mandatu. 28. sup. de
neg. gest. atque quisquis et ipsi modis huic prędium vitio per
suum negotiorum gestorem emptum esse potest. non male igitur
a Papiniano dictum est, dictum prędium vitio mandati actione deberi
a Priusquam. Pignus cum est penes creditorem celebratum cuius esse hoc videtur
dominum habet l. si rem. 9. §. propię. l. cum et patri. 11. §. 1. sup. de pig
nerat. act. Pignus enim ideo dicimur a pugno quia res que pignori
dantur manu traduntur l. plebi. est. 178. 8 pignus. de verb. signif. atqui
is qui possessionem alicuius rei nondum habet eam tradere non potest
Traditio enim fieri non potest, nisi rei precedente, cum nil aliud sit quod
possessionis datio, possessio autem sine ulla corporeo adprehendi
non potest l. 1. in princip. et §. penult. de acquir. possess. nec agens
vllum possit agere inficiando ut aiunt Paulo sapiti, unde est quod

quotiès

quoties traditio tota intervenisse intelligitur ad transferendum domi
nium, res penes tradentem esse oportet, ne alioqui potentior sit tradi
tio tota, quam vera L. Cuius rei. 46. et seq. sup. de rei vendicat. non po
terit igitur Titius, cui ex causa mandati prædium aliquod debetur an
te prædij adeptam possessionem illud creditori suo pignori dare

Decid. Debitor ius in aliena re habens illam oppignorari recte potest
, quoniam vel illud jus est reale, ut puta superficiei, pignoris, usus fructus
et tunc illud Jus dumtaxat oppignoratum censetur L. qui tabernas
72. sup. de contrah. Empt. L. si domo. 11. §. de legat. 1. L. si convenerit.
18. § ult. sup. de pignorat. act. L. 4. C. quæ res pign. oblig. poss., vel solum
ius illud ex quo res ei debetur obligatio enim est Juris vinculum quo
necessitate adstringimur alicuius rei solvendæ Inst. de oblig., quod est
sufficiens ad talem potestatem debitori concedendam L. 1. sup. de pignor.
at qui hic a Papiniano proponitur Prædium quod Titio debebatur oppig
noratum per eum fuisse recte igitur tale prædium per Titium suo cre
ditori obligari poterit; utrum autem ante traditionem ius illud obli
gationis oppignoratum censeatur, an vero totum prædium diximus in
d. L. 1. sup. de pignor.

a Si non creditor secundus. Rectio Dub. Regula Trita in nostro iure est, quod
scilicet inter hij prothecarios creditores is potior habendus est, qui tempore
est Prior L. Potior. 11. L. Prior. 5. §. et cd. hic. Ergo semper et indistincte
in casu nostro prioris creditoris causa potior habenda est; idest sive
mandatarius a secundo prætium prædij acceperit, sive non; neque
enim potest secundus creditor cum primo litigare, cum primo pignore
vires habente suum infimum sit; nec aliter ei prodesse possit, quam si
per solutionem integri debiti priori faciendam confirmetur d. l. qui
balneum g. d. L. Prior. 5. §. et cd. hic.

Decid. non solet esse deterioris conditionis cessionarius, quam cedens;
cessionarius etenim in ius cedentis succedit L. Emptor. cd. de hæredit. vel ac
tione vendita L. si ager in fin. sup. de rei vendicat., et una et eadem per
sona cum cedente esse censetur L. si donante. §. 1. §. de donat. inter. vir.

et uxor

vxi. et vxor. atque Secundus creditor qui mandatarius pignum pig
ni pignorati soluit, aut restituit ei mandatario, res pignoris cessionarius
nancupari potest: cessio enim tunc scilicet fieri intelligitur, cum da
tur alicui pecunia, ut eius quod adversus aliquem habebat pecuniæ
soluendi concedat l. cum pupillus 22. ff. de tutel. et ration. distrahend.
Restat igitur ratione a Papiniano responsum est: dicit Secundi credi
toris in tali pignore potiorem quam primi causam esse debere: man
datarius enim in omnibus locum Secundus creditor fecit ingressu petio
ne quam primus nullum ius in dicto pignore haberet, non illum
contrariam mandati actionem adipiscendum adversus pri
mum mandantem exercere poterat l. si procuratorem. 8. § dolo au
tem. ff. sup. mandat. l. de meo. 9. § Idem libro eod. tit. verum etiam
et prædium emptum vice taciti pignoris retinere l. Iulianus. 13. §
Item. sup. de act. Empt. l. penult. § 1. ff. de hæredit. vel act. vendit. nec
verum in nostro iure est ut qui plus iuris habeat si, et virtute iuris
cessi, quam aliquis ex propria tua persona adsit habiturus l. vti
de cessor. 39. ff. de fidejussor. l. mastinus. 76. l. Stichum aut Pam phi
lum. 95. § penult. ff. de solut. l. Rem hæreditariam. 65. ff. de evict. nec
venire non potest mandatarius quominus Secundo creditori in
pignum pignoris Seiano cum oneris mandet, et præstet ei omne
quod ex causa prædium illud adversus Titium mandantem habebat
aliquo dolo mali exceptione repellendus esset l. his consequenter. 2. d
§ Si filius familias sup. famil. Erciscund. Cui enim non æquum
videatur hoc saltem præstare mandatarium, quod suis ipsius dispen
dio futurum sit? l. In creditore. 38. pr. bis. ff. de Evict. Sed scito
Si ea cessio petatur ante solutionem, aut in ipso actu solutionis,
aut saltem vicontinenti, aliquo non posset, nisi eo nomine, et
propria edicitis quod per dictum pignoris solutionem, ac restitutionem
eam exhibitam ac sublatum esset d. l. mastinus. 76. ff. de solut. di
noque prælationis iure. Dictus Secundus creditor gaudebit, bonæ vitæ qui
pignum, idest simul cum oneris ei restituta sunt. Pignus autem

pertinet

perfecte constitutum nisi integro soluto non finitur l. si rem. 9. § cum
nis pecunia sup. de pignorat. act. l. solutum. 11. § si in sortem sup.
eodem titul. Et hoc est ni fallor, quod Papinianus hic ait: verum in
ea quantitate quam solvisset, cuique iuris potiorem esse constaret
nisi forte prior ei pecuniam offerat; quoniam cum illud ius prela
tionis dumtaxat ratione illius quantitatis per eum solutae habebat
statim atque dicta quantitas per primum debitorem ei restituta, ac
soluta fuerit dictum prelationis ius necessario extingui, ac finiri debet
Illud enim extingui dicitur eo ipso quod satisfactus est creditor illud
habens d. l. Potior. 11. § si paratus. l. Creditor. 12 § sciendum h. t. non
tamen per hoc negantur, quin postea per Titium debitorem ante
riore creditore satisfacto, secundo creditori adversus tertios credito
res prelationis ius iterum concedendum veniat. Ius enim prelatio
nis alicui competens, si ob aliquod impedimentum suspensum fuerit
sublato postea impedimento revivisci dicitur d. l. creditor. 12. § si tecum
4. f. h. t. maxime cum verum sit debitum per quod a Titio fuerat
ei praedium obstrictum ad vel ei solutum non fuisse. At creditori secun
do nondum satisfacto prelationis ius adversos tertios competere ma
nifestum est d. l. creditor. 12. § si simpliciter. cum similib. Si autem Ti
tius debitor fuerit qui suo mandatario dicti praedij pretium solvisset
secundus creditor potior esse minime poterit, ut Papinianus recte hic
attestatur; dumtaxat enim secundus creditor prelationis habere dicitur
si privilegiato creditori pecuniam debitam ipse obtulerit, vel alio mo
do fuerit per debitorem satisfactus d. l. Potior. 11. § si ~~paratus~~ priori. 4. h. t.

§. 2

Post divisionem regionibus factam, inter fratres convenit, ut si
frater agri portionem pro indiviso pignori datam a creditore
suo non liberasset, ex divisione quaesitae partis partem dimidi
am alter distraheret. Pignus intelligi contractum existimavi: sed
priorem secundo non esse potiorem: quoniam secundum pignus
ad eam partem directum videbatur, quam ultra partem suam
frater non consentiente socio non potuit obligare.

Fortis, ut inquit Bartolus, et sane perdifficilis est huius § contextu
ra in qua exponenda ac Enucleanda non intimis Eruditionis
Doctoris Erraven, inter quos est Eruditissimus Vivianus. Existi
mat enim iste Doctor, Papinianum in pnti § de duobus frati
bus agere, quorum unus dimidiam partem illius fundi quem
comunem habebant suo creditori obligavit; pote postea vero
divisione facta, cum alter frater videret minoris effectum fuis
se fundum comunem ob talem obligationem, stipulatus fuit
a fratre oppignorante: partem ex divisione sibi ipsi contingen
tem suis sumptibus liberare a tali obligatione; aut ut stipu
latori dimidiam dictæ suæ partis huiusmodi creditori distra
here liceret. Quod certe manifestissimus Error est. non enim
hic Papinianus præsuponit, nec præsuponere potuit, tale pactum
de distrahenda illa scilicet parte per divisionem fundi, ad
iudicata illi fratri, qui dictam obligationem non fecerat ini
tum fuisse; quoniam hic Papinianus quærit: an pars quam dis
trahi fuit conventum sit fratri cautionem stipulanti ob talem op
stipulationem oppignorata necne, cui dubio ipse affirman
do satisfacit his verbis: pignus intelligi contractum existimari
sequede stipulantis parte hoc intelligi nequit. Pignus enim rei
propriæ consistere non valet l. neque pignus. 45. de regul. Iur. l.
unic. C. si pign. pign. dat. sit. at certum per divisionem traditio
ne subsequta, dominium rei divisæ in accipientem trans
ferri; divisio enim vim venditionis habet l. 1. C. comun. Uni
usque Judicij. Denique Viviani lapsus manifestus patet; quoti
es enim duo sub alternativa comprehenduntur, quidquid veri
ficatur de uno, verificatur etiam de alio l. ait Prætor. 7. alias l.
si sine in princip. sup. de minor. l. si duo. 128. § de verb. obligat
at hic cautio de liberanda parte fundi, et potestas distrahendi
partem (ut cum Viviano dicamus) ex divisione contigentem stipu
latori, sub alternativa stipulatæ fuerunt ut ipsemet Vivia
nus

vivianus etiam confitetur; Ergo sicut per cautionis stipulationem lucrum aut commodum stipulatori proveniret (semper enim cautiones lucrum ac commodum illis in quorum favorem adiecte sunt parere solent l. si post acceptum. 18. cum l. seq. sup. de rei vendicat. l. si dominum. 9 § ult. sup. tit. eod.); sic etiam per stipulationem dicte potestatis distrahendi lucrum stipulator consequi deberet. Quam igitur o viviane ex dicta stipulatione stipulator consequi poterit? nonne licet ista stipulatio interposita non fuisset cum distrahendi facultatem ac potestatem non habuisset? certe etiam cum per dictam divisionem dominium dicte partis in eum iam translatum fuisset, ut diximus. Quomodo denique tua o viviane interpretatio se conformari poterit, cum hoc quod hic ait Papinianus: quoniam secundum pignus ad eam partem directum videbatur, quam ultra partem suam frater non consentiente socio non potuit obligare; cur non poterit stipulator eam obligare, si suponis quod est sua? Rei enim sus nonne quis est moderator et arbiter, ut possit facere quod velit? ~~[illegible]~~ l. in traditionibus. sup. de pact. l. in re mandata. Ex mandat. Recepta itaque supradicta viviani interpretatione. Dicendum est: Papinianum in § prin. duos fratres proponere quorum unus antequam inter se predium commune divisissent dimidiam partem dicti predij pro indiviso oppignoraverat, qua divisione postea facta, cum alter frater videret minoris esse predium totalem pignoris constitutionem a fratre qui eam fecerat stipulatus fuit liberationem partis dimidie sibi contingentis partis, sumptibus fratris stipulati faciendam, aut in huius damni compensationem facultatem distrahendi dimidiam partem, non sue dimidie; sed stipulati fratris. Ex qua specie sic posita recte infertur questio, que hic a Papiniano agitatur; an scilicet pars quam distrahere priori creditori inter fratres fuit pactum totalem conventionem stipulanti fratri sit obligata; et dato, quod

sit ei oppig

sit ei oppignorata, an prioris creditoris in ea potior causa esse debeat

Ratio Dub. Licet pignus nuda conventione contrahatur l. 1. sup. de pignorat. act., contrahi tamen non potest absque consensu; In omnibus enim contractibus necessarius consensus esse dicitur l. in omnibus. 55. et l. 57. ff. de oblig. et act. l. 1. § conventionis. sup. de pact. l. Item eorum. 7. § ult. l. ult. sup. quod cuiusque univers. nomin. At qui in proposita specie de obligandi dimidia partis stipulati fratris, quo casu quo ille promissa non adimpleret nec inter fratres extitit conventum, ut ex ea videre est: non erit igitur dicta dimidia pars fratri stipulanti oppignorata, quantum tum illius pars per stipulatum fratrem (iuxta pactum initum) non fuerit liberata. nec per tale pactum de detrahendo pignus constitutum videri potest, quoniam ob obscuritatem conventionis facienda est interpretatio contra stipulatorem, qui clarius legem dicere potuit vulg. l. veteribus. sup. de pact. l. quidquid ad stringendi. 99. de verb. obligat. l. Labeo. 21. sup. de contrah. empt.

Decid. Per cognitionem effectus venimus ad cognitionem causae iuxta comunem Philosophorum sententiam, et apud nos qui qui vult consequens debet et vellere antecedens ad tale consequens necessarium l. ad rem mobilem l. ad legatum sup. de procurat. l. qui propia § qui alio. tit. Eod. l. Illud. ff. de acquir. rer. domin. l. 3. § Inspectio. ff. quemad. testam. aper. l. 1. § 1. sup. si ostus trust. petatur l. denique. l. Interdum. sup. ff. de pecul. legat. At qui in proposito inter istos duos fratres de pignoris effectu constituendo extitit conventum. Totus enim pignoris effectus in eo consistit, ut cautum sit creditori pecuniae debitae nomine ad eam consequendam in ratio etiam debitore si promissa non adimplet. l. si mandatu 59. § ult. sup. mandat. l. 8 § addici. 8. ff. de fideicomiss. libertat. Ergo fatendum est dictos duos convenisse de oppignoranda dicta dimidia parte, uti huic conventionis necessarium antecedens

nec

290 nec tibi conuenit Mutua dri petit, cum ex expressa depend
at, maxime cum videatur quid actum, quod licet non sit expres-
sum omnino est sequendum vulg. L. Semper in stipulationibus de
no ul. Dur.

a. Sed Priorem. Nam Dub. Post stipulati fratri per eum ab vtrisq;
suo creditori suit Obligata, et expresse a Papiniano fuit tradita ratio
qui si Pignus semel tacite conuenit esse conspicuum etiam diu
sine vlius soluto tacita perseverat l. si conuentus. 7 § penult. et fi
nal. l. quib. mod. pign. vel hyp. solv. l. si quis putans. 6. § si fun
dus sup. comun. dividend., semper enim pignus cum sua causa tra
sit l. si conuenerit. 28. § si fundus sup. de pignorat. act. l. vnic. C.
rem alien. fiment. non interdic. tui adm. l. debitorum. 11. C. de
pign. nor. Ergo et post tacta diuisionem de sta pars prioris creditoris
Obligata remanere debet; et cum sequenter in ea non tradita si
pulantis, sed prioris creditoris causa potior esse debet l. potior. 11.
Intervenit pignoratis creditores is qui tempore fuerit prior esse
ros vincere debet l. potior. 11. sect. l. Prior. 5. C. cod. tit. cum similib.
Deind. Placuit omnia, quæ sci licet neque legibus, neque bonis mo
ribus adversantur vi quibet contracta conuenta seruanda esse
unt l. Iurisgentium. 7. § ait Pretor. sup. de pact.; nec omnino tamen
rale est; quam ex qui inter contrahentes placuerint adimplere
l. 1. sup. de pact. l. 1. sup. de constitut. pecun. atqui hic a Papiniano
pro hypotheca prioris creditoris non integrum fundum, sed dimidiam partem
nem illius Obligatam fuisse. Ergo dicta diuisione inter fratres
sta portio ei oppignorata remanere debet; non autem inter fra
tendus. qui pro Obligatis inter dictos fratres per diuisionem
fundi fuerant equaliter diuisa fuit l. Sed si res. 5. sup. comun. di
vidund.; hoc enim est causa cur in familiæ erciscundæ, et comuni
dividendo iudicio cautiones interponi solent l. cum fugitiui. 5. si
is cum quo. sup. cod. tit. l. si cum venditor. 66 § diuisione. 5. de evict.
l. Iulianus. 13. § Idem Celsus. 17. sup. de act. Empt.; remanebit ita
que pignus vtriusque ex dictis fratribus, pro parte parte Obliga
ta, et parte non Obligata. Fauor in diuisione vnius cuiusque par

qui ejus

quæ est gravata, non solum potiorem; verum etiam, et solam prioris creditoris causam esse, Ista enim pars non est illa quæ fuit stipulanti fratri obligata, sed sola pars libera partis stipulati fratris, quod manifestum fit ex verbis illis ibi: ex divisione quæsitæ partis partem dimidiam; sicque cum hæc partis pars, libera ab omni obligatione conventionis tempore inter fratres reperiebatur, stipulantis fratris causa non dumtaxat in ea erit potior; verum etiam sola invenietur, ut recte ex l. generaliter. 2 sup. h. t. accurs. notat

B quoniam. Per verba ista, tacitam hanc obiectionem Papinianus tollit ut puta: est pactum de distrahenda dicta parte priori creditori, et ex huiusmodi distractione satisfactionem in parte debiti ille consequitur ergo et priori creditori oppignorata esse debet, cum tunc quis aliquam rem obligatam habere videtur, quaties ex illius rei distractione suum consequitur creditum. vulg. l. 4. sup. de pignorat. act. Sed respondet principaliter constitutum fuisse pignus in favorem fratris stipulantis, ut ipse principaliter, et primario per talem distractionem commodum ac utilitatem percipiat, licet secundario, et per accidens commodum ac utilitas dicto primo creditori ex tali distractione proveniat, quinimo licet frater obligationem pignoris pro priore creditore creditori stipulatus fuisset nullius vigoris huiusmodi stipulatio esset. alteri enim stipulari non valemus l. stipulatio ista. 38. § alteri. l. de verb. obligat. § alteri. Inst. de inutil. stipulat.

C. Non consentiente socio. Ratio Dub. Ea omnia, quæ emptionem, et venditionem recipiunt utiliter pignorari possunt l. sedet quod. 9 § 1. sup. de pignor. at qui res communis ab uno ex socijs, non solum consocio ignorante; verum etiam et invito distrahi valet, dummodo fraudandi animum non habuerit, qui animus in dubio non præsumitur l. merito. 51. sup. pro socio, l. si quis servum comunem. 9. sup. de serv. corrup. l. Item quod labonem. 15 § si comunem. 36. sup. de iur. eiur. l. semper in dubijs. 36. de regul. Iur. frater igitur fundi partem alterius consocij etiam extra id quod expresse conventum est, si vellet oppignorari posset Decid. pignus rei alienæ eatenus valet quatenus dominus ab initio con

sensit

consenserit l. si rem. 9. l. aliena. 20. sup. de pignorat. act.; at qui illa pars fundi, quam distrahi inter fratres conventum fuit, respectu fratris stipulantis dicitur aliena; per divisionem enim (ut supra diximus) rei divisæ dominium in accipientem transfertur; recte igitur a Papiniano responsum extitit: fratem stipulantem oppignorando dictam fundi partem initæ conventionis terminos transgredi non posse. nec quicquam facit, quod dicti fratres a Papiniano socij vocentur, quia revera non sunt socij, cum omnino per talem divisionem societas finita fuerit § finitur. Inst. de societat. et tit. tit. sup. comun. divid. et tit. pro socio.; sed socij appellantur, quia socij antea fuerunt. nec novum in nostro iure est, quod hij, qui nunch socij non sunt, ob id solum quod socij antea fuerant socij nuncupentur, et colligere licet ex l. Idemque. 16. et ex l. Plane. 34. sup. pro socio

l. 4. Pomponius Lib. 35. ad Sabinum

Si debitor antequam a priore creditore pignus liberaret, illud idem ob pecuniam creditam alij pignori dedisset, et antequam utrique creditori solveret debitum, rem aliam priori creditori vendiderat, creditumque pensaverat cum pretio rei venditæ: dicendum est perinde haberi debere, ac si priori creditori pecunia soluta esset. nec enim interest solverit, an pensaverit, et ideo posterioris creditoris causa est potior

A d. l. si debitor. 4.

Ratio Dub. compensatio inter æqualia debita dumtaxat locum habet l. ult. et l. 3. §. de tutel. et ration. distrah., idest, cum ex utraque parte par debitum est, et pars utriusque debiti causa ut notat Bartol. in l. si ambo 10. sup. de compensat. at qui evenire potest, quod debitor priori creditori rem alienam vendat. non igitur absolute est verum: per debitorem aliqua re creditori vendita pignus liberari, et tunc debiti compensationem fieri. Iniquum enim valde esset, quod in isto casu debiti compensatio fieri deberet, cum damnificaretur, et deciperetur ipse creditor, qui licet ne vendita per verum dominum evicta (potest enim per eum evinci l. Rem

alienam

Rem alienam. 28. sup. de contra h. Empt. ex empto debitorem
vendit rem Mevium habuit l. Ex empto. 11. §. 1. l. si quis alium
46. sup. de act. empt.; damnum nec omnino pretium pignori hy-
rationem sustineret, cum plus cautionis semper sit in re, quam
in persona, vel. l. Plus cautionis. 25. de regul. Iur. et expediat
ei potius pignori in cumbere, quam in sui debitoris personam, etiam
si maxime Mevendo sit experiri. § huius actio. Inst. de Obl. quæ ex
delict. nascunt. quemadmodum ergo naturalis æquitas hoc patitur, ut
Mevia huic quæ mercem eius compensationis induxit. § l. Interdictum.
36. ff. de administrat. Tutor. Æquitas quidem semper dei pietatisque
officit, et l. penult. in fin. ff. ad S. C. Trebell. et nunquam debet favere,
quem constat semper pium bonum, et æquum esse l. 11. §. 1. ff. de Minor. cap.
Deind compensatio ipso iure hoc gestis ab utraque parte aliquid debe-
ret. l. Inter. §. ambo. et pass. sup. de compensat., id est nullo alio
debito hominis requisito, nisi re opportunitas, quia rem Mevio debitor
l. si convenit. ff. eod. tit. quæ solutionis modus est quodammodo facti
us, et ex summa æquitate inducta, ut quod utrique debeas mu-
tuo solutio inviceim habeatur, et ipso iure l. post quam. 21. sup. de com-
pensat., cum interdum nostra non solvere, potius quam solutum repe
tere l. 3. eod. tit. §. stipulatus. 11. in princip. sup. de fidei uss. atque in
proposita specie quæritur ab utraque parte debeatur, Ex parte scilicet
debitoris debitum de quod pignus fuit constitutum, cum alioqui nul-
lo debito contracto non valeat l. Res hypothecæ. 5. sup. de pignor. Ex
ex creditoris parte pretium rei per eum Empti; quilibet enim Emptor
videtur obligatus pretium venditoris facere adstringitur. ff. l. Ex empto §. 1. in
fin.; recte igitur a Pomponio hæc responsum extitit: debitum et pignus in
proposito compensationem fieri, atque consequens pignus a primi
va Mevatione, non minus ac si integrum debitum ei mitteretur
fuerit liberari; Mevius enim pignus retinuit atque precauta debitum
dixit non solutum est, aut quolibet alio modo ei satisfactum l. si rem. 9. §
omnis precauta sup. de pignorat. act. l. Mevium. 31. §. Solutam. 4. sup
eod. tit.

294 l. grege. 13. § etiam. sup. de pignor. nec obstat quod supra allegatum extitit. Nam omisso, quod fingendum sit; debitorem in pnti specie non rem alienam, sed potius propriam suo creditori vendidisse, propter scilicet habilitatem terminorum, qui semper sunt supponendi, etiam si verba non suffragentur, dummodo non repugnent vulg. l. adigere. 16. § quamvis. ff. de iure patron., et etiam questione illa; an scilicet debita inter se compensanda parem causam habere debeant, nec ne in qua pro utraque parte ardus, ac difficilis militant rationes; dicendum est: debita in proposita specie dictum requisitum habere; non enim minoris efficacis, ac virtutis est actio ex empto creditori emptori competens, ad cogendum venditorem, ut re vendita per verum dominum evicta resarciet ei damna, et interesse, per talem evictionem passa et emissa, quam hypothecaria, ut ipse suum debitum recuperet; utraque enim ex conventione iure civili actionem producente profiscitur. Fateor quidem per servianam facilius, et citius suum debitum creditorem consequi, quam emptorem pretium et interesse per actionem ex empto. Sed hoc nil relevat quoniam nimis suae facilitati imputandum est. l. 1. § dolum. sup. de eo per quem fact. erit, neque etiam tam ab alio quam a se ipso deceptus videretur, cum cautius negotiari debuisset ut in l. 1. ff. de furt. et serv. corrupt. quibus rationibus proculdubio Ulpianus motus in d. l. si rem. 9. § omnis pecun. sup. de pignorat. act. Respondit: Pignus liberari, vel debiti solutione, sive fideiussoribus, vel reo dato, sive pretio, vel nuda conventione etiam si his modis creditor deceptus proponeretur. Nec debitor, qui per talem venditionem suum creditorem decepit ob id in dolo esse, videri potest; dictio enim (decipiens) non semper dolum denotat, ut patet ex l. in causa. 16. § Idemque Pomponius sup. de minor. l. Item si pretio. 23 § ultim. sup. locat. quanto magis (quia ut diximus) potius creditor a se met ipso, quam a suo debitore deceptus intelligeretur

a. Et ideo Posterioris. Statio Dub. Condiciones in forma specifica, ac individuali adimplendae sunt l. qui haeredi. 44 l. mevius. 55. l. cui fundus, ff. de condit. et demonstrat. at qui posterior creditor tunc dumtaxat in privilegiati

here videtur, nihil interpellatus fecerit, sufficiens atque est ignarus
dici nulla etiam admonitione præcedente, quemadmodum tunc admonendum
præcedere necesse est, cum id agitur, ut ignarus vim solutionis obtineat, et
inde l. aucptum. Depositario autem ignorationem tantum ponimus, non
ad inducendam liberationem, sed ad impediendam duntaxat, ne dili-
genter non curando pœnæ obnoxius: quod multo faciliùs est, quod ex
curando fiat non curandum: quod multo dubiùs est, quod
quæ potest per ignorationem impugnatur, sed per admonitionem l. si servus
91. § sequitur ff. de verb. oblig. l. quidam. 72. in princip. §. 1. ff. de solut. quod
ad modum. nunquis est purgari moram, quam indebiti liberandum. nil
enim prohibet, debitorem extra moram esse, et manere nec omnino debi-
torem: mora siquidem sequitur debitum non committatur. Itaque et ig-
norans præcedere, et ignorationem sequi necesse est, ut debiti liberatio in
dubitatur. Quod si iam mora contracta sit, sive per interpellationem,
sive recepto, et id circo purgari eam oporteat, ut in specie d. l. 2. ff. de usur.
quia emptor post traditam sibi possessionem rei venditæ, fructus exce-
perat, tunc ignorantia necessaria est, nec tantum ignorantia, sed etiam ignora-
tio. l. 2. l. cuidam. 18. §. 1. ff. de usur. l. 2. ff. de pact. int. Empt. nec aliquid pe-
tere moram emptor contrahat, quandiu in ea causa est, ut et rei venditæ
fructus percipiat, et venditoris pythium pœnæ se retineat l. Julianus. 9.
§ veniunt unde l. Exemplo. 11. § qui autem l. bonæ fidei. 30. sup. de act. empt.

§. 7.

§. 7.

Si simpliciter convenisset Secundus creditor, a omni possessore eam auferre posset, priusquam priorem creditorem, et qui ab eo emit

Ad §. Si simpliciter. 7.

Rat. Deb. et Decid. primæ partis huius §. cum a nobis in l. creditor 12. vers. sed licet alio. Sunt adducti; Secundum quæ si habent Rat. Deb. quasi Seruiana cum sit actio realis, a quocunque possessore pignus evincit l. pignoris. 17. l. si fundus. 16. § in vindicatione. 3. hyp. et pignor. &c. atqui hic a Martiano pro hypotheca, extraneum qui a primo creditore pignus emerat, ut pignoris possessorem, per hypothecariam a Secundo creditore conuentum fuisse, et actori ejus Secundus creditor pignus ab eo evincere debet: Ipse enim respondit, et sanctum est, pignoris causam cognitione non penitus l. distracti. 14. et seq. C. de pignor. l. 3. l. penult. C. de remiss. pign. l. si conuenerit. 18. § si fundus. 2. hyp. de pignorat. act. l. 3. l. penult. C. de remiss. pignor. l. ult. § penult. l. Adonat. l. debitor. 12. C. de distract. pignor.

Decid. Eadem solet esse causa emptoris, huic adpetendum, sicuti adspernendum, quod huic Secundi auctoni, id est venditoris l. Imperiales. 156 § penult. de regul. Iur. Ideoque solet exceptio rei iudicatæ a venditoris personæ in emptorem transire l. si ita. 9. § ult. C. de except. rei iudic. quamuis dicit solet: nisi inter alios iudicato, aliis non prodesse debere, nec noceri. C. de res. int. alios. iudic. at qui prior creditor, tam aguendo quod defendendo posteriori in pignore præstitit l. creditor. 12. sup. l. Pothier. 11. § ult. l. Prior. 5. C. eod. reddit ejus Secundus noster hic abstrahit: Secundum creditorem ab eo qui a primo emerat vendicare illud non valere l. 1. C. si alien. pignus. vend. Et in tantum Secundus ut talis Emptor, ut nec ipse debitor postea ei, vel omne illud, quod prior debebat obtendo pignus ab eo evincere valeat l. Allegatos. 2. C. eod. tit. Hæc enim est sententia in his verbis venditionem pignoris, a debitore factam, et in hanc venditionem per anteriorem creditorem celebratam, quod si licet per primam cautionis pignoris non finiatur d. l. si conuenerit. 18. § si fundus eum simul, vel si licet sit in potestate debitoris, et eius hui creditoris debat

l. 1. hyp.

L. 1. sup. de alienat. jud. mutand. caus. fact. L. debitorum. 25. C. de pact. L. 3. et pass. C. de remiss. pign. nor.; bene vero per secundam d. L. 1. et 2. C. si antiq. credit. pign. vend.

§. 8.

A Titio mutuatus, pactus cum illo, ut ei prædium suum pignori, hypothecæve esset. deinde mutuatus est pecuniam a Mœvio, et pactus est cum eo, ut si Titio desierit prædium teneri, ei teneatur. Tertius deinde aliquis dat mutuam pecuniam tibi, ut Titio solveres, et pascicitur tecum ut idem prædium ei pignori, hypothecæve sit, et locum eius subeat. Num hic medius Tertio potior est, qui pactus est, ut Titio soluta pecunia, impleatur condicio. et Tertius de sua negligentia queri debeat? sed tamen et hic Tertius creditor secundo præferendus est.

Ad. § a Titio. 8.

Ratio Dub. Iura vigilantibus, et non dormientibus, ac negligentibus subveniunt L. non enim. 16. sup. ex quib. caus. major. L. Papillus. 27. L. quæ in fraud. credit. at qui in proposito secundus creditor in stipulando pignus a debitore tertio diligentior extitit. Ergo in dicto pignore potior sua quam Tertij causa esse debet; maxime cum inter hypothecarios creditores is potior habendus sit, qui tempore fuerit prior L. potior. 11. L. h. T. L. Prior. 5. C. de eod. tit.

Decid. Credens debitori pecunias eo animo, ut ex eis prior creditor satisfaciatur si pactus cum debitore est de pignore in prioris creditoris locum succedit L. non omnino C. de his qui in prior. credit., et posterioribus præfertur L. si potiores. 3. C. eod. tit. at qui hæc omnia in præsenti specie evenerunt, recte igitur Tertius creditor in proposito secundo est præferendus. difficultas autem, quæ ex hac specie oriri valet, ut puta an necesse sit quod expressum pactum de pignore obligando interveniat, ut extraneus iste in prioris creditoris locum succedat, iam a Actis in L. Aristo. 7. sup. quæ res pign. vel hypothec. oblig. poss. exposita extitit.

§. 9.

Si Tertius creditor pignora sua distrahi permittit ad hoc, ut

priori

ut priori pecunia soluta, in aliud pignus priori succedat
successurum cum Papinianus Lib. 11. Responsorum descripsit
Et omnino secundus creditor nil aliud iuris habet, nisi ut solvat
priori, et loco eius succedat

Ad. §. Si Tertius. 9.

Ratio Dub. omnis successio per posteriores creditores in locum ante
riorum facienda habet tacitam istam condicionem: si debitam pecu
niam posteriores creditores prioribus solvant L. 1 L. Prior. 5. C. de h. t. at
qui condiciones omnes implendæ sunt in forma specifica quantum fi
eri potest L. qui hæredi. 44. L. mæ vivis. 55. L. cui fundus. ff. de condit. et de
monstrat. Ergo ut Tertius creditor in prioris locum succedat opus est
quod ipse priori debitum solvat, non vero sufficit quod pignora sibi obli
gata (licet eo animo distrahi patiatur

Decid. nil refert quid ex æqui pollentibus fiat L. ult. §. 1. sup. mandat, tum
quoque, cum de adimplenda condicione agitur L. mulier. 22. ff. ad Sc.
Trebell. L. si statu libero 56. §. si filius familias. ff. de statu liber. at qui
solutio per Emptorem Tertij creditoris pignoris de mandatu illius priori
creditori facta, solutioni eidem creditori per dictum Tertium facte æqui
pollet: quicunque per alium facit, per se met ipsum facere videtur L.
ita §. si quis, et § gessisse. ff. de administrat. tutor. L. 1. § de iecisse. ff. de vi
et vi arm. L. hoc iure. § de iecit. de regul. Iur.; non minus igitur in præti
Tertio creditori successio dicta est concedenda, quam si ipsemet priori cre
ditori debitum solvisset. Quanto magis quod ista satisfactio delegatio
ne de persona Emptoris prorsus exclusa, et per manus Tertij creditoris
immediate fieri valet

§. 10.

Si priori hypotheca obligata sit, nil vero de venditione convene
rit, posterior vero de hypotheca vendenda convenerit: verius est
priorem potiorem esse. nam et in pignore placuit, si prior conve
nerit de pignore, licet posteriori res tradatur, aduch potiorem esse
priorem.

Ad. § Si Priori. 10.

Ratio Dub.

Rand Dub. Iura vigilantibus, et non dormientibus subsistunt
l. nonenim. 6. hip. ex quib. caus. major. l. Papelius. 27. §. qui in fraud.
credit. atqui in proposito secundus creditor sicut diligens in pacto de distra
hendo pignore constituendo, primus vero negligens; non debet quid
in pignore distrahendo primus creditor secundo prorsus iniquum enim
esset quod ius quod quis sibi facto suo, propriaque conventione quæsivit
ei alieno facto everti posset l. grammatis. 11. §. penult. §. de distractor l.
St. hip. de pact.

Decid. Cæpit quod res aliqua oppignorata est ius eam distrahendi in
retinendæ fidei sive pactum de vendendo haec et ad hibitum, hinc manifestum
creditori competit l. si convenit. 4. hip. de pignorat. act. intantum quod
licet de non distrahendo pignore pactum fuisset, nihilominus creditor hi
bus denuntiationibus præcedentibus illud distrahere posset d. l. restringi
tur in proposita specie a martiano responsum est, in pignore vendendo
prioris creditoris potiorem quam posteriorem, ut antiquiorem causam
esse debere, tametsi enim expresse de pignore vendendo pactum non po
suerint, tacite tamen illud ad hibetur de natura sed si licet secleda
si contrahuntur, si quenalia in curia secundo creditori cedi videtur, cui
primus iuris suo stando, et iuris celandis non habeat iniuriam l.
Iniuriarum. 13. §. 1. §. de iniur. l. si diversum. 52. §. de act. empt.

a. pamet in pignore. Ea quæ venditantur de emptione, et venditione; tunc
tantus etiam de oppignoratione l. sed et quod. §. §. 1. hip. de pignor. atqui
in Emptioni contracta Emptor cui prius res tradita est, et hujus etiam antiquis
tribus præfertur l. quotis. 15. §. de rei vendicat. Ergo in pignore ille
creditor potior non est habendus cui prius pignus traditum extat, licet in
conventione sit posterior

Decid. Pignus contrahitur, non illum traditione; verum etiam nuda con
ventione, et hi traditum non fit l. 1 hip. de pignorat. act. Verum si ita non
est, si in proposito primi creditoris quam posteriori sit hic pignus tradi
propositum, potior causa esse debeat; ni ex eum intanti quo primus credi
tor de pignore sibi obligando convenit, ni hil secum regul. l. potior
11. h. T. militare, aut vigere desiit, et certum est, creditoris facto medi
tatis

ordinis vis damnificari, aut h. d. non posse l. debitorum 23. c. de
pact. l. 7. et pass. C. de remiss. pignor.: cum tale vis, reale dicatur
l. Pignoris 17. sup. de pignor., quod semper ipsum pignus, apud eti
am quoscunque possessores committatur l. si fundus 16. § in vendicatio
ne. sup. de pignor. l. si convenerit 18. § 2. sup. de pignorat. act. cum
similib. In emptionis autem contractu, cum supradicta verifi
cari nequeant (Emptor enim ante traditionem nullam vis in ven
dita re habere videtur, quia sicut traditio sine titulo transferre do
minium non potest l. nunquam nuda 31. l. de acquir. rer. domin.
ita nec titulus sine traditione l. Traditionibus 20. C. de pact.) non est
admiratione digniora, quod si per venditorem res posteriori emptori tra
datur cuius causa potior sit habenda: ob concurrentiam enim tituli
et traditionis dominium quod penes venditorem adhuc remanebat in
eum revera fuit translatum d. l. nunquam nuda 31. Et per rerum na
tura fieri nequit, ut duo sint eiusdem rei in domini in solidum l. si
ut certo 5. § si ductus sup. commodat., non magis, quam dimensionum
penetratio fieri possit l. 3. § ex contrario. l. de acquir. posses. Dum taxat
itaque in eo casu primus emptor de evictione venditorem obligatum
habet l. Exempto 11. et in primis 2. sup. de act. empt. Nec semper de
venditionis contractu ad pignoraticium argui licet ut late per nos ind.
l. sed et quod 9. § 1. de pignor.

L. 13 Paulus. Libr. 5. ad Edictum Plautium

In hac lam tibi vendidi, et dixi prioris anni pensionem mihi, sequenti
cum tibi accessuram, pignorumque ab Inquillino datorum vis utrum
que consequuturum, Nerva, et Proculus, nisi ad utramque pensionem
pignora sufficerent, vis omnium pignorum primum ad me pertine
re: quia nil aperte dictum esset, an communiter ex omnibus pigno
ribus summa pro rata servetur: si quid superesset ad te. Paulus fac
ti questio est: sed verisimile est id actum, ut primamquamque pen
sionem pignorum causa sequeretur

Ad l. Insulam 13.

Ratio Iub. Pactum contra leges initum nullius roboris esse insetur vulg.

L. Iuris

366 Pinij genibus. 7 §. aut Pretor. sup. de past. l. Pasta que contra. C. Rescind. vē. atque pactum quod adventionem insulæ pactio primi anni pertinet legibus repugnabit; Penhiones enim venditi insulæ, illius huiusce ademptorem pertinere debent l. Julianus 18. §. si truschius. C. sup. de act. empt. Ergo in prospecto non minus pactio primi anni, quam reliqui ad emptorem pertinere debent, non enim præstat impedimentum, id quod deberent sententiam effectum l. 2. 3. et 4. ff. de opt. legat. l. fratribus. §. fin. de legat. 2

Dicend. In emphyteuticis et venditionibus, sicut in cæteris omnibus contractibus, id præcipue sequi debemus, quod expresse inter contrahentes actum esse constat l. sed et celsus. 6. §. 1. sup. de contrah. empt. l. semper in stipulationibus. 34. de regul. Jur. atque in præsenti inter emptorem insulæ, et illius venditorem pactum expresse conventum est primi anni pensio ad venditorem, sequentium vero ad emptorem pertineret, servanda est quæ dicta pactio; non autem ubi hujusmodi pactio rejicienda; non enim truschius ei vendidit ad emptorem pertinentes quo minus ita inter contrahentes expresse conventum esset l. l. Julianus. 18. §. hi pensiones. 8. in fin. sup. de act. empt.

a. nervii et proculus. Ratio dub. quibus duobus, aut plurib. et alicui simul pignori dantur, æqualis omnium causa est, nec unus alteri in pignore præfertur l. alienæ. 20. §. 1. sup. de pignorat. act. l. si fundus. 16. §. si duo sup. de pignor. ubi Sab. atque in proposito illata, et invecta per conductorem in insulam venditori et emptori simul tacitæ dicuntur oppignorata: unius enim obligationis ad emptorem, et ad venditorem expectandi imitatem, nonne eo tempore dividuitatem dicitur, cum in concursionibus ordo nullus sit l. quidam. 14. §. de pecul. Legat. Ergo ubi distincte in præd. Emptoris, et venditoris illatis, et invectis æqualis causa esse debet

Dicend. Ea quæ inter correos stipulandi conventa sunt, observanda venire non est dubitandum l. si id. 13. §. de duob. reis, et tot. co tit. l. si debitor. 10. sup. de pignor. quod procedit, sive tacite, sive expresse conventum extiterit l. si fundus. 16. §. si duo vel plures. atque in hac specie inter venditorem insulæ, et illius Emptorem, æque conductoris respectu correi credendi mentio appellantur, in una enim et eadem omnes causa conductionis scilicet ejus conductores sunt, quod est duorum vel plurium correorum stipulandi constitutivum l. cum duo. §. de duob. reis stipul.

Intelligitur

Intelligetur conventum vt indicta, et illata in Insulam, si creditori
aliquo creditum sua salua esse possit ambo hæc simul oppignorata, si
minus primo loco tenditori et eo salvo facto, si quid superesset Empto
ri conuenire animi est reliqui notat Bartol. quid pignora ad eum
que pertineant intelligetur eo ordine, quo debitum principale solui de
bet, cum causati vtrum sit Iudicium, quid sicut causæ l. non idem. ff. de
iurisd. In fine. l. marcius. ff. de procurator. Ergo si dicta dicta vtrique non
sufficiant prius creditori vendito solvi faciendas est quam Insulæ Emptor
Pactum enim tacitum non est minoris virtutis, quam expressum l. Iam
quia. 6. sup. d. pact. quæ propter d. l. aliena. 20. §. 1. et d. l. si Rendit. 6.
si deo huic d. l. non recipio autem in diversis enim modo contra fundi dimis
plasciti quamuis facta, destinata enim dispositione desiderantia pro
ficiscuntur

l. 14. Idem Lib. 14. ad Plautium

Si non dominus eandem rem diversis temporibus pignerauit, prior po
tior est, quamuis si a diversis non dominis pignus accipiamus, pos
sessor melior sit

Ad l. si non dominus. 14.

Ratio Dub. Vi non datur pignoris obligatio potioritatis ex pactionis
vis dari nequit. Tale enim ius vi antecedens necessarium pignoris vali
ditatem præsupponit. atqui in proposita per Paulum specie nulla pignoris
obligatio constituta extitit. aliena enim res in pignus dari non potest vide
l. si rem. 9. l. aliena. 16 sup. de pignor. hypothecam est ergo quæ
quis ex creditoribus in priori potior esse debeat, nihil enim refert, an vinde
quid det, aut alio modo l. quibus. 61 sup. qui satisd. cogantur l. 2. l.
de authorit. Tutor.

Decid. Res aliena scilicet in pignus dari potest, et ex tali datione pigno
ris obligatio resultat, si de veri domini consensu oppignorata fuerit l. si
rem. 9. vel per illum fuerit data, cui ad campaniciano actio competit l. si
alio. 18. sup. de pignor. non tacitus superueniendo ut quidam per Paulum hic
proposita. Supponendum enim nimirum aliquo ex dictis modis fuit pignori datam
et in hoc aparebit, rem alienam pignori datam fuisse, quo casu hoc semper
regula l. Pretor. 11. d. ff. in primi creditoris fauorem militare videtur

a quamuis

a quamvis si a diversis. Ratio Dub. Inter pignoratitios creditores
potior habendus est qui tempore fuerit prior. d. l. potior. 11. l. Prior. 5. C. de h. p.
sive tamquam possessor a posteriore conveniatur, sive tamquam possidere deliberans posteriorem creditorem sti pignoris possessorem interpellet
l. creditor. 12. sup. h. p. at qui illi qui a non dominis (quibus tn publiciana actio competit) pignus acceperunt vere hypothecarij sunt creditores (ut superius diximus). Quid ni ergo quando a diversis non dominis
idem pignus diversis creditoribus est oppignoratum prelationis ius antiquiori non conceditur creditori, sed possidenti dumtaxat, maxime cum in
prima huius Legis Specie contrarium a Paulo responsum sit
Decid. Discrimen magnum inter a Paulo hic propositas Species intercedere videtur. In prima enim, cum antiquioris, et posterioris creditoris
concursus interveniat, necessario prelationis ius antiquiori, non vero
recentiori tametsi possessori est concedendum. quoniam posteriori creditori
nullum ius in pignore competit nisi priore satisfacto d. l. Prior. 5. C. de h. p.
cum sub ista conditione: si a primo creditore liberatum fuerit obstructum ei censeatur l. Et quae nondum. 15. § qui res. sup. de pignoribus
et ius creditorum debitoris facto l. 5 di non possit l. debitorum. 25. C. de
pact. l. 3. et pass. C. de remiss. pignor. In 2o. vero, cum talis concursus dari nequeat (licet uni prius quam alteri sit idem met pignus
obligatum, tamen cum posteriori creditori pignus sub conditione illa:
cum a debitore liberatum fuerit (quae ut diximus posterioris in pignore
creditoris est constitutivum d. l. Et quae nondum 15. § qui res suas) non
fuit etiam tacite obligatum, sed potius simpliciter singuli debitores ius
unicuique eorum in pignore competens suis respective obligarunt
creditoribus dies obligationes, non vero una ab altera dependens, sed
per se stantes ac subsistentes considerantur. Qua propter mirum non
est, si possessori creditori quamtumvis recentiori prelationis ius subtiliter Paulus prestet. In concursu enim plurium creditorum similem
causam in pignore habentium possessor ceteris preferendus venit l.
debitor. 10 sup. de pignor.; quoniam plus iuris habet is qui possidet eo
ipso quod possidet, quam qui non possidet l. 2. §. sti possidet.

L. 15. Idem Paulus ad Edictum.

Etiam superficies in alieno solo posita, pignori dari potest: ita tamen, ut potior sit causa domini soli, si non solvatur solarium.

Ad. L. Etiam. 15.

Multa circa huius L. materiam, ac expositionem a nobis in L. Lex vectigali. 31 sup. de pignor. dicta fuere, qua propter in pnti non est immorandum, cum iisdem Dub. et Decid. rationibus concludatur.

L. 16. Paulus. Lib. 3. questionum.

Claudius Felix eundem fundum tribus obligaverat, Euthyciane primum, deinde Turboni, tertio loco alij creditori. cum Euthyciana de iure suo doceret, superata apud Judicem a tertio creditore non provocaverat: Turb apud alium Judicem victus appellaverat. Quaerebatur, utrum tertius creditor etiam Turbonem superare deberet, qui primam creditricem, an ea remota Turbo tertium excluderet. plane cum Tertius creditor primum de sua pecunia dimisit, in locum eius substituitur in ea quantitate quam superiori exsolvit. Fuerunt igitur qui dicerent, hic quoque tertium creditorem potiorem esse debere. mihi nequaquam hoc iustum esse videbatur. Pone primam creditricem iudicio convenisse tertium creditorem: et exceptione, aliove quo modo a tertio superatam: numquid adversus Turbonem, qui secundo loco crediderat, tertius creditor, qui primam vicit, exceptione rei iudicatae uti potest. aut contra, si post primum iudicium in quo prima creditrix superata est a tertio creditore, secundus creditor tertium obtinuerit, poterit uti exceptione rei iudicatae adversus primam creditricem? nullo modo, ut opinor. Igitur nec tertius creditor successit in eius locum quem exclusit: nec inter alios res iudicata, alij prodesse, aut nocere solet: sed sine periudicio prioris sententiae totum ius alij creditori integrum relinquitur.

Ad. L. Claudius Felix. 16.

Ratio Dub.

Rano Dub. Sententia contra legem lata est pro vice nulla, nec ab ea opus
est appellare l. 1. § Item cum. 2. ff. qui sententiis non appellat. rescind. et ita
rem in quam reintegra est ferenda l. 1. ff. de sententiis et interlocut. omn.
Judic. l. hic sententia. 3. ff. qui sententiis non cent. quamvis potest. atqui sen
tentia de qua hic contra legem et principum constitutiones lata consistit
Sepe enim non solum a Jurisconsultis respondetur; verum etiam et ab Imppp.
sanctum extat: postremus creditoribus hypothecarijs nullum ius in pig
nore prioribus concurrentibus competere posse l. Priores. 11. l. Creditor. 12 § respi
ondi. 2. sup. h. t. l. Prior. 5 l. diversis. 8. ff. h. t. locus igitur in puncto proposito
pro Paulum questioni esse nequit; non enim prestat impedimentum ad quod
deuire nullum sortitur effectum l. 20. et 9. ff. de opt. legat. l. quod pupillo
§ quamvis legat. cedat. l. hic conditio. § de condit. et demonstrat.
Dicend. Licet sententia contra ius constitutum lata sit pro vice nulla, effectum
tamen, et valida consistit, si adversus dimittatorii eius fuerit prolata cuius
ab examine fuerit provocatum. d. l. 16 Item cum. § qui sententiis non appellat. rescind: Atque enim res iudicata pro veritate habetur hoc
rum iudicatorum authoritatem l. Ingenuum. 25. Sicut de statu homin. Res
iudicata 207. d. regul. Jur. atqui in proposito sententia non fuit pro
ta contra eius constitutum; sed solum adversus dimittatorii eius; non enim
Judex pronunciavit: inter pignoratitios creditores neminem in pignore pri
orem preferendum non esse, sed dumtaxat Zenoniana eius summi
nime probantem, vel aliàs vendum mandare bona, quod non est contra le
ges, sed adversus dimittatorii eius sententiam pronunciavit. d. l. 1. § Item ver
sicut. 2. non igitur magis est, et absque difficultate a Paulo pro
posita questio (cum valide proponatur sententia etiam per sordes et
iniquitatem lata l. Servo 65. § cum pretor. ff. ad S. C. Trebel. sed ex sequenti
bus manifestum fiet

a. Mihi neque quidem. Rano Dub. Si nemo creditor qui in primi creditoris
locum successit, secundo creditori in pignore preferatur l. Creditor. 12.
§. Si Titius. 9. sup. h. t. l. Priores. 3. ff. de his qui in prior. credit. l. 1. secund
at qui Titius creditor de quo nil tractatum, in locum Zenoniani

Primus

prime cedibicis per Judicis sententiam secutsset; ea enim pe
nem nam cabit Cathyciana sorum (Dalia enim nench non con
prodabatur) adeum putinere debere, quid et verum boi Judicat
auctoritatem. d. l. Res Judicata. 208. de regul. Jur. D. l. Servo. 65. §
cum Prator. f. ad SC. Trebell. Ego dicus Turbo credit Turbani in pigno
re potuisse debet: nec enim cum a nostra una constitutum sit: quod
si qui vincit vincentem te, a, debitorem vincendebeat te l. de accessi
onibus. f. de divers et temporal. prescript.

Deind. Res inter alios Judicata ad alios regula non nocet nec prodest l.
cum quis rem. 19. et seq. f. de rei vindicat, sicut nec cavendum l. cui
Prator. sup. de usucapt. l. de rebus. 14. f. de rer. amotar. nec pabem l. si
quis. 27. § pasta quæ turpem. vers. ante omnia. sup. de past. Genera
liter verum est non debere nocere alys, quod inter alios actum est
l. de unoquoque 47. f. de reindic. l. nam ita. 19. sup. de adopt. et lib.
pt. Et Int. alios act. aly non nocet. Sic enim natura comparatum
est, nec minus una alii, et melior conditio nostra per alios deterio-
ri, sed de melior non potest l. Sciunde. 39. sup. de reg. jur. et l. melior
131. de reg. jur. non debet igitur in proposito Turbus credit Bid
quod Cathyciana nam objiciam vi non appellando nec ligentiam viderat
si enim ipsa appellasset, et dictam appellationem prosequta fuisset sen
tentia in integra restituta esset, cum alias non sit appellationis effectus
l. 1. f. de appellat. Turbonem litem suam ligitimi prosequentem
prejudicare. Numquam enim ex unius facto, aut negligentia f
di alterius debet l. Id quod nostrum. 11. l. non debet. 17. de regul. Jur.
l. 1. sup. de alienat. judic. mutand. caus. fact. l. si cum hanc. 24. § sino
nibus in fin. f. Mut. matrim. l. nec a prudentibus. 13. C. mandat. Nec
etiam esse, ex alius casibus et in quibus sententia inter alios lata effi
etiam noceat vi l. Sepe. 63. de rei vindicat. et in fra sententia. 5. de appellat.
cognit. Sed pervidendum quantum ad Turbonem attinet habendum est
ac si sententia contra Cathyclanam lata non fuisset. adversus ea
ea Cathyclanam vires effectus rei Judicati producere debet, et hic

Paulus

172

Paulus attestatur ob rerum scilicet Judicatarum authoritatem qui
bus conguunt ea quae hic a Paulo adducuntur. ibi Pone primam cre
ditricem &; ista enim ab ipso met adferuntur ad concludendam tertium
creditorem in Turbonis perjudicium Eutychianae locum ingredi non
posse, quasi diceret: sicut Tertius creditor, qui conventus a prima credi
trice obtinuit, adversus Turbonem rei judicatae exceptione suffragari
non potest. nec ipse Turbo qui Tertium creditorem vicerat a qua prima
creditrice superata extitit ea exceptione adversus talem creditricem adju
vari, quia est res inter alios judicata: Ita nec dicto Tertio prodesse debet
sententia qua adversus Euthycianam obtinuit, et cuius vi, ac virtute Tur
bonem vincere debeat: in utroque enim casu, est res inter alios acta
Nec circulus, de quo valde inter pretes) hic verificari potest. quoniam
ut recte notat Bartol. tametsi primus rem pignoratam a secundo auferat
et secundus a Tertio, recuperata tamen semel pignoris possessione per pri
mum creditorem, iterum ab eo tertius pignus auferre non poterit; per
primam enim rei pignoratae restitutionem ab actione judicati perfecte fuit
liberatus l. Pomponius. 9. Sect. 15. sup. de pecul. Nec tandem regula si
vinco vincentem te (dicto tertio creditori suffragari: non enim ut recte
observat Bartol.) illa procedere potest quoties magis casu, quam ex juris
superabundantia victoria subsequuta fuit, cum aliter facto alterius jus
nostrum fuderetur contra d. l. melior. 171. de regul. Jur. quod in propo
sito evenit, potius enim Eutychiana ob solam suam negligentiam
in non appellando, quam ob juris defectum a Tertio superata extitit
cum in hui favorem dispositio d. l. Potior. 11. et similiter militaret

L. 17. Idem lib. 6. Responsorum

Cum qui a debitore suo praedium obligatum comparavit, catenus
tuendum, quatenus ad priorem creditorem ex pretio pecunia per
veniet.

Ad. l. Cum qui. 17.

Ratio Dub. non

Ratio Deb. nemo rei sue set, cui cedenqui tempore credi
tor, et dominus esse possit l. penult. §. 1. ad fin. l. de except. rei iud
cat. l. noque pignus. 43. de regul. Iur. atqui, si hr pignori
rem sibi obligatam emere licet, predicta omnia procedunt. In
primis enim est dominus, quoniam per emptionem hadiuerit sub
sequto dominiu rei empte in emptorem transfudit l. nemo quam
nemda. 11. l. de acquir. rer. dom. §. vendit quoque ces Inst. de rer.
divis. cum simil. Deniqque esset creditor; pro ea enim pecunia, que
ex pretio a se soluto ad primum creditorem pervenisset in pignorati
hē Iudicio secundo creditori pferretur, ut hui a Paulo dicitur l. se
ditor. 12. §. Item. 9. sup hoc, non potest ejectus ab eius creditor. pignus
sibi obligatum emere
Decid equibet rei sue ch moderator, et arbitr, ut possit facere de ea
quid quid velit l. in traditionibus. sup. de pact. l. in mandato. D. man
dat. atqui rei pignorate dns dominus debitor existit; possit enim
pignori, non autem dominium in creditorem transferre l. cum et ser
tis. 73. §. 1. sup de pignorat act.; potest ejectus pignus obligare q de
bitor vendi l. distractis. 14. et seq. C. de pignor. l. si convenit. 18.
§. si fundus. 2. sup. de pignorat act. l. si debitor. 22. C. de distract
pign.; et quidem tutio, quam vel quinto creditori, non enim
in eo casu ratio, de qua supra procedit. Quoniam cum posterior
creditor aliud pignus emit, non tam acquirendi dominij, quam
servandi pignoris sui causa aliud emisse dicitur l. cum posterior
6. C. de distract pignor.; quæ propter in d. l. recte cum posterior re-
tinetur actus dominiu pignoris in eum per talem emptionem trans-
ferri non dici, cum nullus actus alterius intentionem aggrauare
vari valeat vulgo l. non omnis nam vide sup. de reb. credit. Et hic
ratio esse videtur, ni fallor, cur ei pretium offerendo pignus eximi
ei possit l. cum secundus. §. 1. C. de distract pignor., quod fieri non
valeret, si pignoris dominium in eum pars latum fuisset l. 2
C. si antiquus credit. l. si cessante. C. de distract pignor. l. 1. C. si
propr. pallii pens. Idque ita mecum meo Iudicio, quod Impp. rs
ius sunt.

respondent in l. Emphione. 3. ff. plus valer. quod agit. Emphione, pignoris causa facta, non quid scripsum, sed quod gestum est inspici debere, idest nomen pro emphione, et aequisitione, quamprimum satisfactione pignoris accipi comportune, ut bene ac subtiliter docuit Cuiacius lib. 16. Observat. cap. 26.

a Retinendum. Ratio Dub. Causa pignoris individua dicitur l. Rem hypothecam. 6. § f. de credit. ita ut creditori competat hypotheca in solidum ad versus res obligatas, etiam si major pars debiti pecunia soluta fuerit, si modo aliquid debito desit, sicut sorti, sic usuram l. quamdiu. 6. et pass. ff. de distract. pignor. l. 1. et 2. C. vendit. pignor. imp. non poss. Ergo tametsi ex pignoris pacto per totum creditorem soluto prior creditor in debiti parte fuerit sorti tacite: tertius adversus eundem (ut primi obligatione durante) obtinere non potuit, quamdiu tertius creditor secundo praelatus, quoties ex pecunia per eum soluta primi creditoris causa exhibitus, aut ad hibitus fit. l. creditor. 12. § secundo 6 et § si tertius. 9. h. t. l. Pothier. 1. ff. de his qui in prior. credit. loc. Decid. non est opus ut tertius creditor in locum prioris (in secundi damnatae periculum) succedat, quod alio intuitu debitum solutum sit priori, sed sufficit quod pars debiti ei soluta fuit; eadem enim est ratio partis ad partem, quae totius ad totum vulg. l. qui de vasta. 76. sup. de rei vindicat. Et sicuti pecunia numerata per se dividitur est numeratio, ita et pecunia obligata, et soluta l. 2. in princip. l. singulationes non dividuntur. 72. § de verb. Oblig. Et quamvis creditori certa summa debitus, non sit recipiendus per partes accipere solutionem, quia soluto per partes habet magna incommoda ex parte creditoris l. 3. in princip. sup. famil. erciscae. Si tamen creditor percipiat alterius partis solutionem, constat pro ea parte, non solum principalis obligationis, verumetiam et pignoris tabula, quoniam cum pignoris obligatio sit accessoria l. Res hypothecae. 3 sup. de pignor. non potest pignus obligatum manere pro quantitate jam soluta, nec tantum sit debitum vera sit, et naturalis; sed et si debita, puta per novationem l. novatione. 18. ff. de novat. Ingredi igitur debet in prospectu pro parte

Summ

Summa solutis Titius creditor in priorib locum, et pro ea quanti
tate adversus Seiam dum stetere (licet earum sit, quod pro
ea parte, qua remanet primum solvendo, pignus totum, et in solidum
duret, ac persecuret, cum in dividuum sit)

L. 18 Scævola lib. 1. Responsorum

Lucius Titius pecuniam mutuam dedit sub usuris, acceptis
pignoribus, eidemque debitori mutuis sub iisdem pignoribus
pecuniam dedit: quæro: an Titius non tantum sortis, et ea
rum usurarum nomine quæ accessurunt, antequam mutuum
crederet: sed etiam earum, quæ postea accessurunt, potior es-
set. Respondit Lucium in omne, quod ei debetur potiorem esse.

P.d. L. Lucius Titius. 18.

Rationes Deb. Separatorum. Separata est ratio l. hin. j. de rebus
l. Inter stipulantem. § Seiam. j. de verb. oblig. l. si mancipio. Ff. de
donat. inter. vir. et uxor. et quæ sors, et usuræ constituunt quid separa
tum, ac diversum, in tantum, ut etiam expressa convention usural
quantumvis præterita formam sortis accipiant, ac in eam redigere
antur præsentis l. Illum. Ff. de usur. l. Plautius. 29. j. cod. tit.
l. Imperat. 20. Ff. ex quib. caus. in tem. in integr. non ejus in præteritis
Scævola ait, quod accepto, quod Titius sortis, et earum usurarum
nomine quæ ante mutui conventionem creverunt, mutuo præterato
etiam earum, quæ postea creverunt potiorem esse debeat; usuræ enim
regulariter, nisi die mora non debentur l. cum quidam. 17. § si pe
pulio. l. mora. 32. § in bonæ fidei. j. de usur. quam post mutui conventio
nem tacite a Scævola interventisse præsumimus; sed potius respon
se debet: mutuum in dictis usuris ex regula l. Pythor. 11. ff. præ
sendum venire

Decid. Usuræ, cum sortis sint accessorium, cujus, ut sui principalis
naturam si quis sequatur vulg. regul. accessorium l. 20. j. 26. Ff. de
usur. hinc dicunt creditores posse hypothecariam in solidum ad
versus reos agere, si modo aliquid deficiat, sive sortis, sive usura
rum l. quamdiu. 6. et pass. Ff. de distract. pignor. l. 1. et 2. Ff. vendit

pign.

vendit pignor. impid. n. poss. hinc etiam dicitur: pignus distrahi posse, non solum ob sortem; verum etiam et propter usuras l. sine cessanas. 8. § cum pignus. ult. sup. de pignorat. act. imo pignore per creditorem distracto prius solvuntur usuræ, quam sors ipsa principalis l. cum et sortis. 15 sup. de pignorat. act. atqui in pnti sors ipsa principalis prælationis ius Lucio Titio tribuit, ergo et idem ius eius usuræ ei parere debent, et non solum illæ quæ antea mævi conventionem conventionem cæcidirent, verum etiam et quæ postea: non enim minus unæ, quam alij supradictæ sortis accessiones existimantur. quæ usuræ non tam propter moram debentur, quam ex conventione ab initio inita (ut hic sæ vola attestatur), quæ quamvis ad diversa tempora protrahatur, non tamen multiplicatur, sed unica remanet l. Epistola. 52 § pactum. 2. sup. de pact.

l. 19. Idem lib. 6. Responsor.

Mulier in dotem dedit marito prædium pignori obligatum: et testamento ~~cavit~~ maritum, et liberos ex eo natos, item et alios hæredes instituit. Creditor cum posset hæredes convenire idoneos, ad fundum venit, quæro an, si ei iustus possessor offerat, compellendus sit ius nominis edere. respondi non iniustum postulare

Ad l. mulier. 19.

Ratio Dub. Lex duodecim tabul. realis vendicationes pro hæreditarijs portionibus inter omnes defuncti hæredes non divisit l. 1. et 2. ed. si unus ex plur. hæred.: vendicationes non dantur contra hæredes, quia hæredes sunt, sed quia possessores, cum ex possessione nascantur l. non alias 24. § sed si postulatur sup. de iudic. atqui actio quasi serviana realis vendicatio est l. si fundus 16. § in vendicatione sup. de pignor.: non poterunt igitur in proposito illi mulieri hæredes, qui pignorati prædij possessores non sunt, tametsi idonei inveniantur, ac solvendo sint a creditore molestari

Decid. Creditori pignoratitio duæ actiones competere dicuntur. Personalis uno, ex primævo scilicet contractu descendens. Et Realis altera ex pignoratitio proficiscens; non enim per dationem pignoris creditoris causa

deterior

Interior est, sed melior, cum ei detur, et ideo hoc quasi in dimitatem habeat l. si mandatu. §. fin. ff. mandat. l. 4. quod dicit. ff. de fideicomiss. libertat. Ergo licet creditor illas hereditates quæ prædictæ pignoratæ possessores non fuerint, quia si heres ante cognitionem non valeat, actione tamen (si solvendo sunt) debitum ab eis exigere potest: actiones enim personales, quæ defuncto, et in defunctum competebant in omnes eius heredes pro hereditariis portionibus, tanquam ex lege 12 tabul. divisæ hereditariæ fiunt transeunt l. de si certum petatur d. l. 1. et 2. de si quis exhibere. hered. debit. l. 22. l. stor. et poss. de hered. act. cum hereditas sit quæ ipso jure obligat, et ratio ne naturali. l. ei l. fuit a certo. 17. ff. de reb. cred. Unde autem sane contra heredis alius heredes sequitur: videlicet si judicium cum defuncto non fuerit, vel cum eo qui per litis contestationem desiit, quia contra hunc l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. et contra hunc speciem quæ datur est novationis, et aliis casibus l. de leg. are actiones obligatæ tunc personales, et aliis quibus casu actiones obligatæ tunc personales, et aliis quibus casu actiones obligatæ tunc personales, et aliis quibus casu

cessionem fecerit ea dictus heredes adversus suos coheredes adiuvari
: effectum enim pignoris producere non potest, id quod pignoris vinculo
suppositum non extitit. l. si rem 9. l. aliena 20. sup. de pignorat. act.
Dicid. In correis debendi generale est, ut ei qui convenitur actionibus
suis contra correum creditor cedere debeat l. Rem hereditariam 65. §. de
evictio. (non adhibita etiam illa distinctione, quam Bartolus post ago
rium adhibet, an is qui ex correis convenitur talis sit, qui implorare pos
sit beneficium divisionis necne. Nam ut iure veteri quaerat in cogni
tum inter correos beneficium hoc divisionis a Justiniano duntaxat in
troductum nonll. 99. de duob. reis, unde sumpta est auth. hoc ita. Ed.
eod. tit. 1 iam ita obtinebat, ut correo qui solus conveniebatur credi
tor adversus correum praestare actiones cogeretur. l. Rem hereditariam. 65. §. de evict.): atqui in proposito heres ille, qui tamquam pos
sessor praedij obligati creditori in solidum satisfecit coheredum con
tingentem partem solvit: obligationes enim defunctorum ex
Leg. 12. tabul. pro hereditarijs partibus inter coheredes dividuntur
l. 1. §. si cert. petat. l. ult. §. de hereditat. act. Ergo creditor ad
cessionem personalis actionis et hypothecaris ei faciendam com
pelli debet, non ut tale ius sit ei obligatum, sed et illud (et re
te ex l. ex sextante §. Latinus §. de except. rei iudicat., et ex l. Jul. §.
offerri. sup. de act. empt., et ex l. 1. §. si antiquo credit. notat Bartol.)
tamquam pignus retineat donec fuerit satisfactus. Nec valet
si dicas coheredes non vere correos esse, et ita correorum praevile
gio eos frui minime valere: sufficit enim quod sint quodam
modo correi, ut Ulpianus loquitur in l. 5. §. ultim. in fin. sup. de
constitut. pecun., qua ratione dicitur: actiones si decessori qui conve
nitur eidem aequum esse; non modo contra principalem debitorem, quam
vis supervacua sit cessio, nisi quantum ad hypothecariam actionem

habet

habet enim cum obligatum mandati actione (si mandatum
precesserit, vel negotiorum gestorum, si nullum antecesserit l. ex man
dato. 20. §. 1. § mandat), sed etiam adversus contidevissores, contra
quos nullam alioqui actionem haberet l. et fideiussor. 39 § de fide
iussor. quod in mandatoribus obtinet l. si fideiussores. 41. §. Idem
respondit tit. eod.

L. 20 Tryphoninus Libr. 8. disputatio.

Quaerebatur, si post primum contractum tuum antequam ali
am pecuniam credideris, eidem debitori Seius credidisset quinqua
ginta: et hypothecam huius rei, quae tibi pignori data esset de
bitor obligasset, deinde tu eidem debitori crederes forte quadra
ginta: quod plus est in pretio rei, quam primo credidisti; utrum
ei ob quinquaginta, an tibi in quadraginta cederet pignoris
hypotheca. Finge Seium paratum esse offerre tibi summam
primo ordine creditam. dixi consequens esse, ut Seius potior
sit in eo quod amplius est in pignore: et ablata ab eo summa
primo ordine credita, usurarumque eius postponatur primus
creditor in summam quam postea eidem debitori crediderit.

Ad. L. quaerebatur. 20

Ratio Dub. ut secundus creditor in locum primi succedat opus est
ut omne id quod primo debetur per eum efferatur l. creditor. 12. § sci
endum 6. sup. h. t., nullius enim roboris, et efficacis est pignus secun
do loco constitutum, nisi per integram satisfactionem priori creditori
factam confirmetur l. Prior. 5 l. diversis. 8. ed. h. t.: at qui in pnti: non
minus debita sunt priori creditori illa quadraginta quae ab eodem
met credita fuerunt, quam quantitas quae primo ordine: praesuponi
tur enim a Tryphonino utramque quantitatem a debitore mutuo

acceptam

mutuo exceptam fuisse, quod contractus genus debitorem vere obli-
gat l. cum quid mutuum. 7. sup. de reb. cred. cum simil. : non pote-
rit igitur in proposito Scius adversus priorem creditorem obtinere
, si dumtaxat summam primo ordine creditam ei offerat

Decid. Inter pignoratitios creditores is potior est habendus, qui tempo-
re fuerit prior l. Potior. 11. sup. h. T. cum simil. : at qui respectu illo-
rum quadraginta quae a primo creditore secundo ordine credita fue-
runt Scius est prior tempore : proponitur enim a Tryphonino dicta
quadraginta mutuata esse post scelebratam Scij obligationem : recte
igitur respectu illorum quadraginta Scij causa praeferenda venit
: Prior enim creditor in hac specie duorum creditorum vices susti-
net, et Primi respectu quantitatis primo loco creditae, et Tertij res
contemplatione illorum quadraginta post Scij obligationem mu-
tuo data l. Creditor. 12. § si idem bis. 7. h. T.

L. 21. Scaevola Lib. 27. ff. 5

Titius Sciae ob summam, quae ob tutelam ei condemnatus erat,
obligavit pignori omnia bona sua : quae habebat, quaeque ha-
biturus esset : postea mutuatus a fisco pecuniam pignori eius
suas omnes obligavit, et intulit Sciae partem debiti : et reliquam
summam novatione facta, eidem promisit : in qua obligatione
similiter, ut supra de pignore convenit : quaesitum est : an Scia
praeferenda sit fisco et in illis rebus, quas Titius tempore prioris
obligationis habuit : Item in his, quas post priorem obligatio-
nem adquisierit, donec universum debitum suum consequere-
tur, respondit nil proponi cur non sit praeferenda.

Ad l. Titius Seiæ. 21.

Ratio Dub. In pleriisque causis melior est causa fisci, quam privatorum et multa privilegia quæ fiscus habet, privati non habent de quib. in titul. de iur. fisc. l. et C. lib. 10. et puta iuris iure pignoris et prælationis agitur l. si quæ ~~mihi~~ mihi. 28. l. autem 46. § fiscus. l. tit. eod. atqui in proposito de prælationis iure inter fiscum, et privatum contenditur; potior igitur causa fisci, quam suis esse debet, etiam in illis bonis quæ tempore quo illa contrahabatur penes Titium erant

Decid. Quoties privilegium aliquod fisco non competit, iure communi privatorum ipse utitur; in tantum quod in dubio favorabilior esse debet causa privati, quam fisci l. non puto. 10. l. de iur. fisc. l. Item veniunt. 20. § in privatorum sup. de hered. petit. atqui fisco nullum privilegium quantum ad ea bona quæ tempore quo prior creditor penes debitorem invenibantur competit, et enim l. si mihi. 28. de acquisitis post, et non de antea loquitur. Scia igitur in præsenti in bonis antea acquisitis fisco est præferenda: privatus enim habens expressam hypothecam anteriorem in bonis antea acquisitis fisco potior habetur l. si pignus. 8. sup. h. t.

a Item in his rebus. Causa fisci semper quam privati melior esse dicitur casu quo privilegium aliquod ei competat, ut dictum est; atqui prælationis privilegium adversus anteriorem creditorem in rebus post utriusque obligationem per debitorem acquisitis fisco competit, ut Ulpianus, et Papinianus in d. l. si quæ mihi. 28. responderunt: male igitur hic Scevola attestatur: in illis rebus quas post priorem obligationem Titius acquisivit, sciam fisco præferendam fore

Valde se torquent Interpretes in h. n. l. cum d. l. quæ mihi. 28. l. de iur. fisc. concilianda. Bartol. enim cum suis sequacibus existimat idio a Scevola responsum esse: sciam in rebus post priorem obligationem per Titium acquisitis fisco præferendam esse; quia est prior

tempore

tempore, et ex alia parte non est minus privilegiata in hypothe
ca, ut ipse inquit, quam fiscus. Sed non recte: licet enim pandec-
tarum aere alterito pupillus haberet privilegium in bonis tuto
ris, et minor in bonis Curatoris; hoc tamen privilegium erat per
sonale, id est inter personales alios creditores, quomodo et in bonis
protutoris, adeoque negotiorum gestoris l. dabimusque. 19. cum qua
tuor seqq. ff. de reb. authorit. Judic. possid. alias l. 4. et seqq. ff. de
privileg. credit., et erat etiam post fiscum, ut et in specie quodquis
34. tit. eod. Non autem eis competebat in dictis bonis privilegium
tacitae hypothecae, sicut fiscus habebat in bonis sui debitoris d. l. au
tentur. 46. § fiscus ff. de iur. fisc. l. 2. C. in quib. caus. pign. vel hypo
thec. tac. l. ult. C. de privileg. fisc. Hoc enim privilegium primus eis
Constant. Imperat. dedit in l. pro officio. 20. C. de administrat. Tutor., et
Justin. postea confirmavit in l. unic. C. de rei uxor. act., non igitur in
pnti in pari causa versamur. quanto magis, quia licet hoc ita
esset, scia fisco praeferenda non esset: In concursu enim creditorum
privilegiatorum, is qui prior est tempore non est potior iure, sed om
nium creditorum aequalis causa est l. Idemque. § ult. sup. h. T. Subtil
til. vir Anton. Faber lib. 2. conjectur. cap. 20. putat in l. 4. Scaevolam
attestari: sciam fisco praeferendam esse in omnibus bonis, tam post
suam, quam fisci obligationem acquisitis, antea tamen quam novatio
fieret; in acquisitis vero post novationem fisco ei praeferendum fore.
Sed minus docte quidem. Licet enim bona quae tempore primae obli
gationis futura erant tempore novationis sint praesentia, et novam
superioris temporis ordinem retineat l. 3. sup. h. T.; talis tamen nova
tio operari non valet, quin dicta bona post fisci obligationem fue
rint acquisita: facta enim pro intactis haberi non possunt l.
In bello. 12. § facti autem ff. de captiv. et post lim. revers. l. denique
19. sup. in quib. caus. major. atqui Papin. et Ulpian. in d. l. si qui

mihi

